Polydamas. mi fuit filius. Polydamas vero vnus e prin-
cipibus Troianis fuit fortiſſimus: ſic vocat⁹
Meſſene. ꝙ multos domaret. Meſſenia menia. Meſſe
ne et vrbs eſt et regio adiacens Arcadie. Eſt
etiam Sicilie vrbs: vnde Meſſenius deri-
Elis. uatur. ¶Elinqꝫ/Pylūqꝫ. Elis vrbs eſt arca-
die iuxta olympiam ab Elio Tantali filio co-
Pylus. gnominata: vnde Elicus ⁊ Eleus declinātur.
Pylus vero Meſſenie: vnde Pylius: Pyle⁹:
ac Pylion gētilia nomina deriuantur.
Neleus. ¶Bis ſex Neleide fuimus. duodecim
Nelei filij. Neleus autem Neptuni fuit
filius et Tyrus nymphe: qui a fratre Pe-
lia domo pulſus Pylon vrbem in Meſſe-
nia condidit. Vxorem habuit Chlorim: ex
qua tres filios ſuſcepit: Neſtorē: Periclyme
num: Chromium. Ex varijs autem mulierib⁹
alios nouem: Taurum: Aſterium: Lycaonē:
Deimachum: Euribium: Epileontem: Phra
ſin: Antimenen et Alaſtorem. ¶Me minus
vno me excepto. ¶Nelei ſangui. auctor. Ne
ptuni enim Neleus fuit filius. ¶Que fulmi-
na curuis. periphraſis eſt aquile. Ouidi⁹ qui
dem Periclymenū in aquilam cōuerſum ab
hercule fuiſſe interfectuꝫ ait. Alij vero in mu
ſcam tranſmutatum admonitione palladis
clana ab Hercule fuiſſe ꝑcuſſum atqꝫ interē
ptum. ¶Viri. Herculis. ¶Hamatis vngui-
Hamatus bus: in modum hami recuruis. Eſt enim no-
mē participio ſimile hamatus ab hamo de-
clinatū. Nimium. affectui ⁊ dolori ſeruit hoc
aduerbium nimium. Tirynthius. Hercules
a Tirynthe Peloponneſi vrbe. Et que leuis
heſerat ale. ordo eſt ⁊ ſenſus. Et leuis ſagitta
que heſerat/⁊ affixa erat ale preſſa: et impul-
ſa fuit grauitate corporis illi affixi: eſt autem
αντιθετον. Leuis enim opponitur gra-
ui. ¶Exacta. expulſa. ¶Iugulo ſiniſtro: per
Lactātius. ſiniſtrum iugulum.

¶Fabule ſexte libri duode-
cimi argumentum.

¶Nū videor ⁊c. Neptunus grauiter ferēs
Cignum filium ſuū ab Achille occiſum: ⁊ He
ctorē defenſoreꝫ operum: que ipſe poſuiſſet/
ab Apolline ſocio laboris petit quoniam ſi-
bi nō daretur: vt comminus cum eo cōgredi
poſſet/⁊ vltor exiſteret. At ille auditis preci-
bus eius immixtus acie/ nulliqꝫ conſpe-
ctus arcū Alexandri in Achillem conuertit
Raphael. vt ſagittā in eū dirigere poſſet: telūqꝫ qđ fuit
in ei⁹ corpore mortale percuſſit: ⁊ interemit.
¶Herculis tui. Parentis ſubaudiatur. ¶O
Rhodie ductor pulcherrime claſſis: ad illud
Homeri carmē alludit poeta in ſecūdo Ilia-
dos. Τληπολεμος Ἡρακλειδης ἠΰς τε μέγας τε ἐκ Ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν Ῥοδίων ἀγερώχων. Hinc enim aperte colligitur
Tlepomelum Rhodiorum ductorem fuiſſe
et pulchrum et magnum. ¶Solida gratia.
firma amicitia. ¶Neleius. Neſtor Nelei fi-
lius. ¶Dulci ore. ſuaui ſermone. Nam (vt
ait Homerus) ſuauior melle ab ore Neſto-
ris oratio profluebat. ¶A ſermōe ſenis. poſt
ſermonem Neſtoris.
¶At Deus equoreas. Neptunus egre fe-
rens Cygnum filium ab Achille interem-
ptum Apollinem hortatur: ne vlterius ip-
ſum viuere patiatur. Cui Apollo obſequens
Achillis mors. in aciem Troianorum deſcendit: Paridiſqꝫ
ſagittam in Achillem ita direxit: vt illius vul
nere interierit. Hec aūt idcirco a poeta nar-
rantur: vt cōmodius ⁊ libri ſequētis initiū cū
huius

Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem:
Quam data pars leto: partem fuga/noxqꝫ remouit.
Hec inter Lapithas/et ſemihomines Centauros
Prelia Tlepolemus Pylio referente: dolorem
Preteriti Alcide tacito non pertulit ore.
Atqꝫ ait. Herculee mirum eſt obliuia laudis
Acta tibi ſenior: certe mihi ſepe referre
Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hec Pylius. quid me meminiſſe malorum
Cogis: et obductos annis reſtringere luctus:
Inqꝫ tuum genitorem odium/offenſaſqꝫ fateri:
Ille quidem maiora fide quoqꝫ geſſit: et orbem
Impleuit meritis/quod mallem poſſe negare.
Sed neqꝫ Deiphobū/nec Polydamāta/nec ipſum
Hectora laudamus. quis enim laudauerit hoſtem:
Ille tuus genitor Meſſenia menia quondam
Strauit: et immeritas vrbes Elimqꝫ/Pylumqꝫ
Diruit: inqꝫ meos ferrum/flammaſqꝫ penates
Impulit: vtqꝫ alios taceam/quos ille peremit:
Bis ſex Neleide fuimus conſpecta iuuentus/
Bis ſex Herculeis ceciderunt me minus vno
Viribus: atqꝫ alios vinci potuiſſe ferendum eſt.

¶Periclymenus in varias formas.

Aere cur moritur: cui queqꝫ obnoxia forma:
Eſt aquila: Alcides cauſa/Periclymenus.

Mira Periclymeni mors eſt: cui poſſe figuras
Sumere quas vellet: rurſuſqꝫ reponere ſumptas
Neptunus dederat Nelei ſanguinis auctor.
Hic vbi nequicq̃ eſt formas variatus in omnes.
Vertitur in faciem volucris: que fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus Diuum gratiſſima regi.
Viribus vſus auis/pennis/roſtroqꝫ redunco/
Hamatiſqꝫ viri laniauerat vnguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus:
Atqꝫ inter nubes ſublimia membra ferentem/
Pendentemqꝫ ferit/lateri qua iungitur ala.
Nec graue vulnus erat: ſed rupti vulnere nerui
Deficiunt: motumqꝫ negant/vireſqꝫ volandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis: et que leuis heſerat ale
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta.
Perqꝫ latus ſummum iugulo eſt exacta ſiniſtro.
¶Nunc videor debere tui preconia rebus
Herculis



Herculis/o Rhodie ductor pulcherrime claſſis:
Ne tamen vlterius q̃ fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres: ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hec poſtq̃ dulci Neleius edidit ore:
A ſermone ſenis repetito munere Bacchi.
Surrexere toris: nox eſt data cetera ſomno.
At Deus equoreas qui cuſpide temperat vndas/
In volucrem corpus nati Cygneida verſum
Mente dolet patria: ſeuumqꝫ peroſus Achillem
Exercet memores plus q̃ ciuiliter iras.
Iamqꝫ fere tracto duo per quinquēnia bello
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis.
O mihi de fratris longe chariſſime natis:
Irrita qui mecum poſuiſti menia Troie/
Ecquid vbi Aſiacas caſuras aſpicis arces/
Ingemis: aut ecquid tot defendentia muros
Millia ceſa doles: Ecquid (ne perſequar omnes)
Hectoris vmbra ſubit circum ſua Pergama tracti:
Cum tamen ille ferox/belloqꝫ cruentior ipſo
Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles.
Det mihi ſe (faxo) triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat: ⁊ quoniam concurrere cominus hoſti
Non datur: occulta/nec opinum perde ſagitta.
Annuit: atqꝫ animo pariter patruiqꝫ/ſuoqꝫ
Delius indulgens/nebula velatus: in agmen
Peruenit Iliacum: mediaqꝫ in cede virorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achiuos
Tela Parin: faſſuſqꝫ Deum: quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ait: ſi qua eſt tibi cura tuorum:
Vertere in Eaciden: ceſoſqꝫ vlciſcere fratres.

¶Achillis mors.

Smynthea in Eacide cit fata Tridentifer: ipſe
Cit Paridem: atqꝫ Paris vulnerat Eaciden.

Dixit: ⁊ oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden/arcus obuertit in illum:
Certaqꝫ letifera direxit ſpicula dextra.
Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet:
Hoc fuit. ille igitur tantorum victor Achille
Victus es a timido Graie raptore marite.
At ſi femineo fuerat tibi Marte cadendum:
Thermodoōtiaca malles cecidiſſe bipenni.
Iam timor ille Phrygum/decus/⁊ tutela Pelaſgi
Nominis Eacides/caput inſuperabile bello

huius fine connectat: ⁊ Aiacis in floreꝫ Me
tamorphoſin huic loco ſubiūgat. Neqꝫ eñ
vllā aliā in huius libri fine deſcribit trāſfigu
rationem. Memores iras. quas in memoria
habebat: vt illud Vergi. Memoreꝫ Iunonis
ob iram. Pluſq̃ ciuiliter. hoſtiliter. Tracto
bello. protracto: ꝑducto. Intonſum Smyn.
Smyntheus Apollo. comatuꝫ Apollinē. Nā Smyntheus epithe
ton eſt Apollinis ꝓpriū a muribus ſumptū/
qui (vt Strabo ait) Smynthi a Cretenſibus
vocantur. Hac etiam de cauſa: Smyntheus
Apollo fuit cognominatus: quod Teucris e
Creta ꝓfectis datū eſt oraculuꝫ: vt ibi ſedes
collocarent: vbi terrigene ipſos adorirētur.
Id autem circa Onaxicum ferunt cōtigiſſe.
Nā maxima agreſtium murium multitudo
noctu exorta quicquid armorum/vaſorūqꝫ
ex corio inuētū eſt corroſit. Teucri auteꝫ ibi
manſerunt: atqꝫ Idaꝫ ab Ida/que eſt in Cre
ta appellarunt: templumqꝫ ac ſimulachrum
Apollini Smynthio erexerunt. Heraclides
vero Ponticus auctor eſt mures ibi circa tē
Achillis mors. plū abundare ⁊ ſacros exiſtimari. Simula-
chrū vero ita effigiatū eſſe: vt mureꝫ pedib⁹
premat. Solent aūt homines nomina a par
uis rebus impoſita quibuſdā lenimētis mi-
tigare: nā ⁊ a Culicibus quos Oethei Cono
Hercules conopius. pas vocant: Hercules conopion apud illos
colit: qm̃ ab illis eius opera liberati fuerūt.
Apud Erithreos quoqꝫ Miliuntem habitā
tes Spectonus colitur: qđ ipſe vitibus ver-
mis infeſtiſſimus ſit. Nam ex Erithreis om-
nibus apud illos ſolum talis beſtiola naſci-
tur. Rhodij autem Apollinis Erathibij tem
plum habent in agro ſuo. Nam rubiginem
ipſi Erithibiam vocāt. Apud Eoles qui in
Aſia ſunt: mus quidam Pornopion vocat.
Beotij ꝟo hoc nomine Culices vocant. Sa
crificiū autem faciūt Apollini Pronopioni:
ſed multis in locis ſunt Smynthia: hoc eſt
Alibi vallatus. Smynthij Apollinis templa: precipue tamē
in vrbe Chryſa Smynthius Apollo coleba-
tur: vbi erat ſtatua a Scopa pario confecta:
cuius pedibus mus ſubiectus erat. O mihi
de fratris. hac oratione Neptunus Apolli-
nem hortatur/vt Achillem Cygni interfecto
rem ſagitta perimat. De fratris natis. de Io
uis fratris mei filijs. A beniuolentia autem
exorditur Neptunus. Subit. in mentem cū
quadā miſeratione venit. Populator. deſtru
ctor. Ex arte autem Achillem in odiū Apol-
linis neptunus adducit. Det mihi ſe. cōmit-
tat ſe mihi ⁊ mari. Triplici cuſpide. periphra
ſis eſt tridētis. Nec opinum. non opinantē.
Indulgēs. obſequens. Sanguine plebis. ple
beios/ac viles interficiēdo. Poſt Hectora.
poſt hectoris cedē. Ille igitur tātorum. apo-
ſtrophe ad Achillem indignationem conti-
nēs: qđ ab effeminato Paride fuerit interfe-
ctus. Graie marite. helene/quā idcirco ma-
ritam poeta vocat: qꝛ viris imperabat. Femi
neo Marte. i. belli. Thermodoontiaca bipē-
Amazões. ni. Amazonica ſecuri. Nā amazones Ther-
modoōtis fluuij accole fuerūt. Armarat de⁹
idē. Vulcanus ⁊ arma Achilli Thetidis ro-
gatu perfecit: ⁊ eū mortuuꝫ cōbuſſit. Neſcio
quid. parū qđ cineris de tāto Achillis corpe
ſupeſt: quo ne vrna qđem impleri pōt. Hec
mēſura. tot⁹ terrarū orbis mēſura eſſe vř glīe
Achillis: a pſtātiſſimis eñ qbuſqꝫ poetis tā
Grecis q̃ latinis Achillis geſta fuere cele-
brata. Sicqꝫ ꝑ totum terraruꝫ orbē vulgata.

¶ Nec inania Tartara ſentit. nunq̄ em̄ gloria moritur. Ut cuius fuerit cognoſcere poſſis. ac ſi diceret for-tiſſimi ac bellicoſiſſimi illū clypeum fuiſſe/ pro quo tante contentiones fuere ſuſcepte. ¶ Deq; armis arma feruntur: propter arma Achillis bella excitantur. Nam poſt mortē Achillis inter Aiacem ⁊ vlyſſem de armis ipſius achillis grauiſſime ſunt orte contentiones. ¶ Soli Telamone creato. Aiaci Telamonis filio. ¶ Laerteq;. Ulyſſi. ¶ A ſe Tantalides. Agamemnon a Tantalo genus ducens. Nam Tantalus Iouis/ Pelops Tātali/ Pelopis Atreus/ Atrei Agamemnon/ ⁊ Menelaus filij fuiſſe dicuntur. ¶ Traiecit. tranſmiſit: tranſtulit.

Arſerat. armarat deus idem/ idemq; cremarat.
Iam cinis eſt: ⁊ de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid: paruā quod non bene compleat vrnā.
At viuit/ totum que gloria compleat orbem.
Hec illi menſura viro reſpondet: ⁊ hec eſt
Par tibi Pelide: nec inania Tartara ſentit.
Ipſe etiam/ vt cuius fuerit cognoſcere poſſis:
Bella mouet clypeus: deq; armis arma feruntur.
Non ea Tytides/ non audet Oileus Aiax:
Non minor Atrides: non bello maior/ ⁊ euo
Poſcere: non alij. ſoli Telamone creato/
Laerteq; fui t tante fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus/ inuidiamq; remouit:
Argolicoſq; duces medijs conſiſtere caſtris
Iuſſit: ⁊ arbitrium litis traiecit in omnes.

¶ Fabule prime. xiij. libri Argumentum.

Lactātius. ¶ Conſedere ⁊c. Achille ab Alexandro occiſo arma cum peterentur ab Aiace: quia frater patruelis eſſet/ ⁊ Ulyſſe qui cōſilio ſe potiorem ac virtute indicaret/ placuit principibus: vt vtriuſq; res geſte in bello perpenderentur: ⁊ digniori propoſitum premium cum cauſa ab vniuerſo exercitu tribueretur. Cum itaq; in cōſpectu omniū Aiax virtutes ſuas quibus Graios iuuiſſet/ retuliſſet: ⁊ Ulyſſes conſilia ſua quibus cōmunē rempublicā iuuiſſet: duces quoq; adduxiſſet: nouiſſime ſignū Minerue: qd iſte extuliſſet oſtēdit. Quo Graij moti cū ante oratione eiuſdem pculſi ſtuperent: ab Aiace arma abiudicata ſunt: ⁊ Ulyſſi data. Qua ille cōtumelia accēſus incubuit enſi/ ex cuius cruore flos purpureus ſimilis Hyacinthi natus eſt.

¶ Raphaelis Regij in tertiundecimum Metamorphoſeos Ouidij librū Enarrationes.

Raphael. Conſedere duces. Achille ſagitta Paridis interempto: magna inter Aiacē ⁊ Ulyſſem contentio orta eſt/ vter ipſorū illius armis dignior eſſet. Agamēnon autem/ ne in alterius odiū incideret: illius cōtentionis iudiciū ad principes Grecor̄ reiecit/ vt pro virtute ac meritis vtriuſq; arma alteri adiudicarent. Iuſſo igitur vtroq; in cōſeſſu principum cauſam agere: nō virtute aut meritis: ſed eloquētia/ qua plurimū valebat/ Ulyſſes effecit/ vt ſibi arma adiudicarent. Illaꝫ aūt repulſam Aiax adeo egre tulit/ vt primuꝫ furioſus ſit effectus: deinde cum reſipuiſſet/ gladio incumbens ſeipſum interfecerit: ſed tandem miſeratione deorum in Hyacinthum florem fuit commutatus.

Grecorum concio. Conſedere duces. ciuilem inſtituit cōcionem/ in qua principes ſedent: vulgus autē cogit̄ ſtare. Clypei ſeptem. ſeptē boū corijs tecti. Aiax Telamonis Pelei fratris filius Achillis patruelis fuit. Que anteꝫ de Aiace ſcribit poeta/ a Sophocle ſūpſiſſe vr̄. Sigeia

Sigeum. litto. Sigeū ⁊ vrbs ⁊ pmōtoriū eſt Troadis/ iuxta qd Grecor̄ claſſis ſubducta erat. Claſſemq; in littore. ſtātē ſubaudiam⁹. Intēdēſq; man⁹. ad claſſem intelligēdum eſt. Exprimit aūt geſtū viri cū indignatiōe locuturi. Agi-

Aiacis oratio. mus ꝓh Iuppiter. Aiacis pſone decor̄ pulchre ſeruat̄/ q̄ fortis q̄dē ac bellicoſus fuiſſe/ ſꝫ eloquētia parū valuiſſe/ tū a Grecis/ tuꝫ a Latinis fingit̄ poetis. Quare illi oratio ſimplex attribuit̄: omniq; artificio carēs. Nā et in ꝓemio ſtatim cū magna exclamat idignatiōe: ⁊ ſe ꝑ totā iactat orōnē/ q̄ nō eſſe faciēda rhetores oēs ꝑcipiūt. Uerſat̄ aūt hec orō in duplici ꝯiecturali ꝯſtitutiōe. Cū em̄ Achillis arma Grecor̄ ꝓſtātiſſimo ⁊ virtute/ ⁊ meritis forēt tribuēda: vter hor̄ ſit ꝓſtātior q̄ritur/ Aiax an Ulyſſes: cū vterq; ſe dignū illis eſſe iactaret. Uterq; aūt coniecturis ⁊ ſe meruiſſe/ ⁊ alterū nō meruiſſe oſtēdit. ¶ Proh Iuppiter. exclamatio minime principio cōueniēs. Ante rates. a q̄b⁹ ego ſol⁹ Hectoris faces repuli/ cū alij Greci/ in ꝑmiſq; Ulyſſes illi⁹ viri impetū nō ſuſtinentes eas deſeruerint. Cū em̄ Achilles Agamēnoni irat⁹ propter Briſeida ereptā intra tētoriū ſe contineret/

¶ Publ. Oui. Naſo. Metamorphoſeos Liber. xiij.



¶ Contentio Aiacis ⁊ Ulyſſis.

Eacide arma licet poſcant duo: ſolus vtrumq;
Uexet amor: capient non tamen arma duo.

Conſedere duces: et vulgi ſtante corona
Surgit ad hos clypei dominus ſeptēplicis Aiax.
Utq; erat inpatiens ire/ Sigeia toruo
Littora proſpexit: claſſemq; in littore vultu:
Intendenſq; manus. Agimus proh Iuppiter inquit
Ante rates cauſam: ⁊ mecum confertur Ulyſſes?
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis:

Quas



neret/ neq; pugnare vellet/ Hector cū delecta Troianorū iuuētute in hoſtiū claſſem impetū fecit/ quā etiam incēdiſſet/ niſi Aiacis virtute fuiſſet repulſus. Omnis igit̄ Aiacis indignatio et a loco in quo cauſa agit̄/ et ab aduerſario oriri videt̄. Et mecū cōfert̄ Ulyſſes. ⁊ cōiūctio idignationē hoc loco ſignificat. Hac a claſſe manū ad claſſeꝫ intēdit Aiax: ſicq; illā Grecis oſtēdit. Fictis. ꝯpoſitis. Iſti. cū magno Ulyſſis cōtēptu hoc dixit. Quātūq; ego Marte feroci: contra artis ꝑcepta vbiq; ⁊ ſe ⁊ ſua Aiax nō deſinit iactare. Oīs em̄ ſui iactatio (vt Fabius Quint. ꝑtradit) eſt odioſa. Premia magna. arma Achillis a vulcano fabricata. Tenuiſſe. obtinuiſſe. in cōtēptū aūt Ulyſſem q̄tū pōt Aiax adducit. Superbū. glorioſum. Sit licet hoc ingēs. q̄uis id de quo cōtēdit̄ ſit maximū. Feret̄ iactabitur. Si virt⁹ in me dubitabilis eſſet: nimiū arrogāter hoc eſt dictū. Littora Colcha. Colchica. Nā Telamō cū Iaſone in colchos nauigauit: vt pleni⁹ ſuperi⁹ dixim⁹. Ubi Eoliden Siſyphon: hoc ad Ulyſſis contēptū dictū eſt. Nā fama erat a Siſypho latrōe Iſthmū obſidente Anticliā Ulyſſis matrē/ cū ad Laertē duceret̄/ fuiſſe cōpreſſam/ atq; ex eo cōcubitu Ulyſſeꝫ ortū. Hec ſeries. hec ſtēmatis diſpō. Frater erat. patruelis frater Achilles fuit Aiacis. Nā Pele⁹ ⁊ Telamō fratres

Patrueles fuerūt. Patrueles aūt fratres dr̄ q̄ e fratribus naſcunt̄. Quid ſang. Cret⁹ Siſyph. aperte Aiax originis turpitudinē obijcit Ulyſſi. An qd in ar. prior? Ulyſſes ne ad bellū Troianū cū alijs Grecie principib⁹ ꝓficiſcēs vxorē relinquere cogeret̄/ ſe inſanire ſimulauit: Palamedes vero prudētia valde pollēs ad hoc ſpeculādū miſſus illi arāti/ ſalemq; ſemināti filiū paruulū obiecit: quē vlyſſes aratro ſublato nihil offendit. Inuit⁹ itaq; ad belluꝫ duct⁹ Palamedē ficta ꝓditiōe tādē oppreſſit. Nullo ſub indice. nullo idicāte. Ultima q̄ cepit. vltim⁹ ꝑ hypallagē/ vt intelligat̄ q̄ vltimus cepit arma. Detrectauit. vitauit. Solertior. prudētior. Et ſibi inutilior. nā Palame-

Palamedis cedes. des i ſe Ulyſſem cōcitauit/ cui⁹ fraude tādē vt ꝓditor a cūcto Grecorū exercitu fuit interfect⁹. Nā Ulyſſes lr̄as finxit a Priamo ad palamedē datas/ q̄b⁹ ſignificare videbat̄ ꝑam⁹ ſe magnū auri pōdus miſiſſe/ aliudq; miſſurū. Cū vero lr̄e ad Agamēnonē fuiſſent plate principeſq; oēs ꝑter Palamedē cōueniſſent: vixq; illud ſcelus in Palamedē cadere poſſe cūctis videret̄: Ulyſſes nihil temere de tanto viro credēdū dixit: niſi aurū/ qd ille iā ꝑ ſeruos corruptos in illi⁹ tētorio defodiendū curauerat/ deprehēderet̄. Qui igit̄ miſſi ad hoc inquirēdū fuerāt: cū renuntiaſſent inuentū/ lapidib⁹ Palamedes a toto exercitu de quo

Naupli⁹. optime meritus erat/ obrutus eſt. ¶ Naupliad. Palamedes Nauplij filius. Naupli⁹ aūt Neptuni ⁊ Amymones nymphe fili⁹ in Euboea regnauit. Optima nunc ſumat. Ironia indignatiōis plena: qua Aiax ſignificat Ulyſſeꝫ nulla rōne armis Achillis eē dignū ſe āt eē digniſſimū. Fu. il. iſania illa Ulyſſis. Horta. ſcele. hacten⁹ in cōtemptū/ nunc in

Philoctetes. odiū Aiax Ulyſſem adducit. Nō te Peantia proles: cum oraculū accepiſſent Greci Troiā ſine Herculis ſagittis capi nō poſſe: Ulyſſes miſſus ad Philoctetē Peantis filiū/ cui moriēs hercules arcū: ſagittaſq; reliquit: inueniendū/ Troiāq; adducendum: cum forte inter nauigādū ſagitta hydre veneno tincta e pharetra cadens Philoctete pedem vulneraſſet: eū in Leno nullo adhibito vulneri re-

Lemnos. medio reliquit. Lemnos. Lemnos inſula eſt vna ex Cycladibus Uulcano dicata: que duo oppida habet Epheſtiā: ⁊ Myrinā in cui⁹ ſo

Quas ego ſuſtinui: quas hac a claſſe fugaui.
Tutius eſt igitur fictis contendere verbis/
Quam pugnare manu: ſed nec mihi dicere promptum
Nec facere eſt iſti. quantumq; ego Marte feroci/
Inq; acie valeo: tantum valet iſte loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta Pelaſgi
Eſſe reor (vidiſtis enim) ſua narret Ulyſſes:
Que ſine teſte gerit: quorum nox conſcia ſola eſt.
Premia magna peti fateor: ſed demit honorem
Emulus Aiaci. non eſt tenuiſſe ſuperbum:
Sit licet hoc ingens: quicquid ſperauit Ulyſſes:
Ipſe tulit pretium iam nunc certaminis huius:
Qui cum victus erit: mecum certaſſe feretur.
Atqꝫ ego/ ſi virtus in me dubitabilis eſſet:
Nobilitate potens/ eſſem Telamone creatus.
Menia qui forti Troiana ſub Hercule cepit:
Littoraq; intrauit Pagaſea Colcha carina.
Eacus huic pater eſt: qui iura ſilentibus illic
Reddit: vbi Eoliden ſaxum graue Siſyphon vrget.
Eacon agnouit ſummus: prolemq; fatetur
Iupiter eſſe ſuam: ſic ab Ioue tertius Aiax.
Nec tamen hec ſeries in cauſam proſit Achiui:
Si mihi cum magno non eſt communis Achille.
Frater erat: fraterna peto. quid ſanguine cretus
Siſyphio: furtiſq;/ et fraude ſimillimus illi
Inſeris Eacidis aliene nomina gentis?
An q; in arma prior: nulloqꝫ ſub indice veni:
Arma neganda mihi? potiorq; videbitur illis:
Ultima qui cepit: detractauitqꝫ furore
Militiam ficto? donec ſolertior iſto/
Et ſibi inutilior/ timidi commenta retexit
Naupliades animi: vitataqꝫ traxit ad arma?
Optima nunc ſumat: qui ſumere noluit illa.
Nos inhonorati/ et donis patruelibus orbi/
Obtulimus quia nos ad prima pericula: ſimus?
Atqꝫ vtinā aut verus furor ille/ aut creditus eſſet:
Nec comes huc Phrygias vnq̄ veniſſet ad arces
Hortator ſcelerum: non te Peantia proles
Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine haberet.

rū ſolſtitio Athos eiaculat̄ vmbram:vt Pli.ſcribit.Qui nunc(vt memorāt)ſilueſtribus abditus antris/ Saxa moues gemitu:Laertiadeq; p̄caris ⁊c.Oratorie miſerias Philoctete amplificat Aiax/vt maius in odiū Ulyſſem adducat.Troianis fatis.Troiano excidio.Sine crimine:proditionis.Cōuicti furoris: deprehenſi/ detecti.Nimiū male memor.illa nāq; memoria palamedes optime de grecorū exercitu meritꝰ fuit/īterfectꝰ.

Neſtoris diſcrimen.

Prefoderat:ante defoderat in tentorio palamedis p̄ ſeruos corruptos:vt diximus.Ergo aut exilio.relinquens philoctetē in lēno tāq; exulem.Aut nece.inducēs exercitum ad lapidandū Palamedē.Deſertū vt neſtora: vt in octano iliados narrat Homerus.Cū neſtor vna cū alijs grecis fulmine iouis territis fugere nō poſſet/q̄ꝛ vnꝰ ex ipſiꝰ eq̄s foret ab Alexādro catapulta vulneratꝰ/facile fuiſſet ab Hectore oppreſſꝰ/niſi re cognita diomedes et clara voce Ulyſſez inclamaſſet ad opē ſeni ferendā/⁊ nihilominꝰ illo fugiēte ſolus ipſe Neſtorē ab impetu Hectoris p̄texiſſet/ac in ſuū currum recepiſſet.Proditus a ſocio eſt: ab Ulyſſe fuit derelictus. Qui aūt ſocios in pugna derelinquūt/vt proditores habētur. Trepido : timido. Alludit autē ad verba que diomedi attribuit Homerus . Quo fugis inquit Ulyſſes laerte fili ? Cur terga vertis? Cur cōmittis vt tanq; imbellis ac timidus e tergo vulnereris?Mane hic mecum:mane dū a ſene amico trucez hectorem arceamus. Mortalia:res mortaliū . hec aūt ſentētia eo pertinet:vt q̄ ferre opem noluit/ ea indigere cogat̄.En eget auxilio/q̄ nō tulit.hoc de vndecimo iliados libro ſumptū eſt . Nā (vt ibi ſcri.homerꝰ)cū vlyſſes Socū hipaſi filiū interfeciſſet: Troianoꝝ turba i illū ſic ipetū fecit:vt ⁊ ſe retroferre/⁊ ſuorū auxiliū implorare ſit coactus/cū iā Soci haſta fuiſſet vulneratus.Aiax igit̄ a menelao admonitus ſcuto illum accurrens a vi hoſtiū intrepide protexit.Uulnuſq; tuū.nā latus illiꝰ haſta traiecerat Socꝰ.Hector adeſt:aduenit.Deos:deorū/in primiſq; iouis auxiliū.Nam(vt ſcribit homerus)ſe Jouis filiū eſſe iactabat hector. Nō tu tātū.emphaſis eſt.Intelligitur em̄ q̄d nō exprimit̄.Nō tātū tu/ q̄ es oim timidiſſimus terreris impetu Hectoris : ſed etiā fortes.Eſt autem apoſtrophe contēptus plena. Tātū trahit ille timoris.acclamatio eſt . Ingēti pondere:maximo ſaxo.Nam(vt in.xiiij. Iliados volumine legit̄)cū hector haſtam in aiacē ieciſſet/neq; vulneraſſet/aiax ip̄e ſublato maximo ſaxo pectꝰ illius ita p̄cuſſit : vt cū ingēti armorū ſtrepitu in terrā caderet.Hūc ego poſcētē.prouocantē.Jd autē ex.vij.Iliados lib.eſt notū: ibi nāq; ſcribitur hector heleni vatis exhortatione grecos omnes ad ſingulare certamen p̄uocaſſe. At cū ,hi nouem grecorū fortiſſimi agamennon/ Diomedes duo Aiaces/Jdomeneus/Meriones/ Eurypylus euemonis filius / Thoas andremonides/Ulyſſes :neſtoris exhortatione inter ſe forēt ſortiti q̄s ipſorū cū hectore pugnare deberet: Aiax ſorte ſe hectori obiecit: qui cum adueniente nocte e pugna equali cū honore diſcederent/ſe inuicem muneribus ſunt proſecuti. Nam Hector Aiaci gladium/contra aiax hectori baltheū dono dedit : Sortemq; meam vouiſtis achiui:hoc quoq; ab homero ſumptum eſſe videtur/qui ſcribit achiuos ſublatis in altum oculis/manibuſq; bis precibus ad Jouem vſos fuiſſe.Jupiter pater da vt Aiacis Telamonij / aut Aiacis oilei / aut agamennonis ſorti ſit locus / atq; ita euenit / vt Aiaci(id q̄d maxime optabant) ſors proferretur.

Socus ab Ulyſſe ceſus.

Hector Jouis filius.

Nonē ſūt fortiſſimi grecorum.

Mutua hectoris et Aiacis munera.

Qui nūc(vt memorāt)ſilueſtribus abditus antris/
Saxa moues gemitu:Laertiadeq; precaris
Que meruit que(ſi dij ſunt)non vana preceris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma
(Heu pars vna ducum)quo ſucceſſore ſagitte
Herculis vtuntur:fractus morboq;/fameq;/
Uenaturq;/aliturq; auibus:volucreſq; petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen viuit: quia non comitatur Ulyſſem.
Uellet et infelix Palamedes eſſe relictus.
Uiueret:aut certe letum ſine crimine haberet.
Quem male cōuicti nimium memor iſte furoris/
Prodere rem Danaum finxit:fictumq; probauit
Crimen:et oſtendit/quod iam prefoderat aurum.
Ergo aut exilio vires ſubduxit Achiuis:
Aut nece.ſic pugnat.ſic eſt metuendus Ulyſſes:
Qui licet eloquio fidum quoq; Neſtora vincat:
Haud tamen efficiet/deſertum vt Neſtora crimen
Eſſe rear nullum:qui cum imploraret Ulyſſem
Uulnere tardus equi/feſſuſq; ſenilibus annis/
Proditus a ſocio eſt.non hec mihi crimina fingi
Scit bene Tytides:qui nomine ſepe vocatum
Corripuit:trepidoq; fugam exprobrauit amico.
Aſpiciunt oculis Superi mortalia iuſtis.
En eget auxilio/qui non tulit:vtq; reliquit:
Sic linquendus erat:legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios.adſum:videoq; trementem/
Pallentemq; metu:et trepidantem morte futura.
Oppoſui molem clypei:texiq; iacentem/
Seruauiq; animā(nimium eſt hoc laudis)inertem.
Si perſtas certare:locum redeamus ad illum.
Redde hoſtes:vulnuſq; tuum/ſolitumq; timorem:
Poſt clypeumq; late:et mecum contende ſub illo.
At poſtq; eripui:cui ſtandi vulnera vires
Non dederant:nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adeſt:ſecumq; Deos in prelia ducit:
Quaq; ruit/non tu tantum terreris Ulyſſe:
Sed fortes etiam.tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguinee ſucceſſu cedis ouantem

Uouiſtis: Eminus



Uouiſtis:ergo voto optaſtis/tametſi nouiſtis fere legat̄.Et veſtre valuere preces:nā vt optauerant/ſors Aiacis prima prolata eſt:vt cum Hectore pugnaret.Nō ſum ſuperatus ab illo.pari nanq; gloria vterq; ex ea pugna receſſit.Ecce ferunt troes.hoc quoq; in quintodecimo Iliados deſcribit Homerus.Jouemq;:auxilium iouis Hectori fauētis.Nempe ego.ſolus Aiax alijs Grecorū ducibus p̄territis claſſem ab ignibus hoſtiū protexiſſe ab Homero quoq; ſcribit̄. Quod ſi vera licet.arroganter nimiū cōtra artis oratorie p̄cepta hec quoq; dicunt̄. Cōferat his ithacus rheſum.his geſtis meis cōparet Ulyſſes:quem cum quodam contemptu ithacum Aiax appellat. Rheſus autem rex fuit thracie/qui(vt ſcribit Homerus)cū in auxilium troianorum cum candidiſſimis equis veniſſet/a Diomede ⁊ Ulyſſe ea ipſa nocte qua ad troiam peruenerat/fuit interemptus.Jmbellenq; Dolona. Dolon(vt idē ſcribit Homerus)Eumedis preconis filiꝰ/ cum ſpeculator ad caſtra Grecorum ab hectore miſſus eſſet/a Diomede ſimul ⁊ Ulyſſe captus fuit/⁊ interfectus.Priamidenq; Helenum . Helenus Priami fuit filius : qui a Diomede et Ulyſſe captus fata troianorum arcana Grecis reuelauit.Rapta cum Pallade:cum palladio/quod Ulyſſes vna cū diomede rapuit.Quo tamen hec ithaco:arma achillis incommodo Ulyſſi futura oſtendit aiax. Quo:ad quid/ad quem finem:petuntur autem verbum eſt ſubaudiendum. Et furtis dolis/fraudibus/inſidijs. Dulichius vertex.Ulyſſis caput. Nam Dulichium inſula eſt ithace vicina. Necnon onerosa.ordo eſt ⁊ ſenſus. Et pelias haſta non poteſt eſſe non oneroſa ⁊ grauis imbellibus lacertis. Nec clypeus vaſti.in clypeo Achillis(vt ſcribit Homerus)quatuor elemēta ſculpta videbantur. Quod tibi ſi populi.hoc quoq; contra artis precepta ab Aiace dictū eſt. Neq; enim error iudicibus fuit obijciēdus. Trahenti:proprie dixit.Jlla enim trahimus que geſtare non poſſumus. Uiri fortis: Achillis. Uulgiq; ſecutum vltima murmur erat.nam populus murmure ſuo Aiacis dicta approbare eſt viſus. Aſtitit:ſurrexit. Atq; oculos: paulum tellure moratos:imitatur Homerum Ouidius/qui Ulyſſem ſtetiſſe oculis in terram defixis / immotoq; ſceptro/ priuſq; illam eloquentie proceſſam effunderet/ſcribit.

Rheſus.

Dolon.

Helenus.

Dulichiū.

Trahere.

Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem cum quo concurreret/vnus
Suſtinui/ſortemq; meam vouiſtis Achiui.
Et veſtre valuere preces.ſi queritis huius
Fortunam pugne:non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt Troes ferrumq;/igneſq;/Jouemq;
In Danaas claſſes.vbi tunc facundus Ulyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem veſtri reditus.date pro tot nauibus arma.
Quod ſi vera licet mihi dicere:queritur iſtis/
Quā mihi maior honos:cōiūcta q; gloria noſtra eſt.
Atq; Aiax armis/non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Jthacus Rheſū/imbellēq; Dolona/
Priamidenq; Helenum rapta cum Pallade captū.
Luce nihil geſtum eſt/nihil eſt Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam vilibus arma:
Diuidite:⁊ pars ſit maior Diomedis in illis.
Quo tn̄ hec Jthaco?qui clam/qui ſemper inermis
Rem gerit:⁊ furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galee claro radiantis ab auro
Inſidias prodet:manifeſtabitq; latentem.
Sed neq; Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
Pondera tanta feret:necnon oneroſa/ grauiſq;
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.
Nec clypeus vaſti celatus imagine mundi
Conueniet timide/nateq; ad furta ſiniſtre.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error Achiui:
Cur ſpolieris erit:non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga/qua ſola cunctos timidiſſime vincis:
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde quod iſte tuus tam raro prelia paſſus
Integer eſt clypeus:noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis/nouus eſt ſucceſſor habendus.
Deniq; quid verbis opus eſt?ſpectemur agendo.
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti:⁊ referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus:vulgiq; ſecutum
Ultima murmur erat:donec Laertius heros

Si mea cum veſtris.artificioſiſſima Ulyſſi attribuitur oratio / vt perſone decorum ſeruetur . Nam Ulyſſes cum ab alijs/ tum ab Homero inter eloquentiſſimos numeratur. Quare et affectus ſtatim in exordio mouet / et ſua ſine vlla arrogantia amplificat / et ab aduerſario obiecta ita refellit: vt illum in maximum adducat contemptū/ ac deniq; principibus perſuadeat/ſe arma achillis quam aiax magis meruiſſe. Principium autem a beneuolentia ſumptum eſt. Se enim cum alijs Grecis ſemper optaſſe ait ſalutem Achillis / per quod ſignificat ſe vehementer illius morte dolere/qui Grecis omnibus gratiſſimus fuiſſet.

Tuq; tuis armis : potereris/ ac poſſideres/et fruereris ſubaudiatur. Eſt enim hypozeugma . Poteremur autem legendum eſt/vt ſit tertie coniugationis/ita verſu exigente. Hac autem apoſtrophe ad Achillem animos auditorum ad fletum inclinat.

Manuq; ſimul.hec ex perſona poete dicūtur.Ex arte autem finxit ſe flere Ulyſſes/ quo facilius perſuaderet ſe morte achillis graui dolore fuiſſe affectum.

Achilles in virginis habitu.

¶ Quam per quem magnus Danais. hoc eſt ꝙ is cuius opera Achilles ad bellum troianum deductus eſt: is autem Ulyſſes fuit. Nam vt ipſe paulopoſt narrat: cum thetis mater Achillis cognoſceret filium in bello troiano periturum/illum virginis habitu ornatū Lycomedi Scyri inſule regi vna cū filiabus ipſius educādū cōmendauit/vt tantiſper apud eū in virgineo habitu lateret/dū Troia foret deleta. Cū vero ſine Achille Troia capi non poſſet: nec vſq̄ inueniretur: Ulyſſes id qd erat ſuſpicat⁹/mercibus qb⁹ femine capiunt/gladiū/ſcutūq/ac galeam immiſcēs ad Lycomedē ſe cōtulit: vbi mercibus illis expoſitis Achilles gladiū ac ſcutū alia negligens tractare cepit: ex quo cognit⁹ ad bellū Troianū fuit deductus.

Ulyſſis oratio.

Huic modo ne pſit. aduerſariū vt hebetē ac ingenio tardū/omniq facūdia carentē in cōtēptum adducit. Si qua eſt: ex arte ſuā eloquētiā extennat Ulyſſes/ne in ſe inuidiā/odiūq auditorꝫ transferat. Inuidia careat: nā Aiax in inuidiā Ulyſſis eloquētiā adducere conat⁹ eſt/cū dixit. Tutius eſſe fictis v̄bis cōtēdere ꝙ manu pugnare. Bona ſua: pͣpria vel natura data/vel induſtria cōparata. Sꝫ em̄ qꝛ retulit Aiax Eſſe Jouis pnepos. figurata et poetica eſt hec locutio. In ſoluta nāq orōne accuſatiuo vteremur/diceremuſq Aiax retulit ſe eſſe Jouis pronepotem. Acriſius illi: duo fuerunt nobiles Acriſij et hic Jouis fili⁹ ac Ulyſſis auus/et Alter Abantis Argiuorū regis fili⁹/ac Danaes pater. legitur etiā Arceſius. Neq in his quiſq dānatus et exul. Peleum Achillis patrē notat Ulyſſes/qui Phoco fratre iterfecto ab Eaco patre in exiliū fuit expulſus. Eſt quoq p matrem. Anticlia mater Ulyſſis filia fuit primi Sinonis Mercurij filij. Phthiam/Scyronq ferātur: Phthiā ad Peleū/Scyrō ad Pyrrhū Achillis filium ex Deidami et Lycomedis filia. Ergo operū quoniā: qm̄ inquit qd eſt ſola vter noſtrum pluribus ac maiorib⁹ meritis Grecorꝫ exercitum affecerit: nō omnia q̄ geſſi referre poſſum. ¶ Preſcia venturi. hic incipit merita ſua commemorare ſine vlla arrogantia Ulyſſes. Genitrix Nereida: Thetis Nerei filia/materq Achillis: vt et Home. et pleriq poetarum aſſerunt. Suidas vero: Ariſtoteles: et Dionyſius Chalcidenſis ſcribunt Achillem ex Thetide Chironis filia natum. Deimachus autem ex Phylomela Actoris filia. Diſſimulat cultu natū: hoc eſt habitu ſimulat Achillem non eſſe puerum: ſed puellam. In quib⁹: inter quos. Arma. gladiū: haſtam: parmā. Proiecerat. depoſuerat. ¶ Ad fortia. ſubaudiamus gerēda. Ergo opera illius mea ſunt. colligit Ulyſſes omnia q̄cūq geſſit achilles ſibi eſſe aſcribēda: cū illum latitantē deprehēderit: ad bellūq Troianum adduxerit. A cā em̄ effect⁹ ſepari non poteſt. Ego Telephō haſta. Telephus Herculis filius ex Auge Nympha rex fuit Lycie: q̄ cum reſiſteret Grecis: ab Achille in femore fuit pcuſſus: ac deinde iterato vulnere: (vt in ſuperioribus diximus) ſanatus. ¶ Quod Thebe cecidere meum eſt. de Thebis Cilicie patria Andromaches intelligēdū eſt. Naꝫ eas diripuit Achilles. Me credite Leſbon. Leſbos inſula eſt clara Alcei carminib⁹ et Saphus. Chryſenq et Cillā. Chryſe vrbs ē Troadis pͤpe Lemnū Apollini ſacrata: quā expugnauit Achilles: cum p Troianis ſentiret. Sunt tñ et alie vrbes hoc noie et loca. Eſt em̄ vrbs in Helleſpōto inter Ophryniū: et Abidū. Eſt etiā pmōtoriū Leſbi in Tenedū vergens. Eſt et Bithynie vrbs et Carie. Cilla q̄ꝫ vrbs ē Troadis Apollini ſacrata Greciꝫ dirępta.

Anticlia.

Acriſij duo nobiles.

Thetis.

De Achillis matre.

Telephus.

Thebe.

Leſbos.

Chriſe.

Adſtitit: atq oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres: expectatoq reſoluit
Ora ſono: neq abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum veſtris valuiſſent vota Pelaſgi:
Non foret ambiguus tanti certaminis heres:
Tuq tuis armis: nos te poteremur Achille.
Quem quoniam non equa mihi/vobiſq negarunt
Fata (manuq ſimul veluti lachrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedit Achilli:
Quam per quē magnus Danaus ſucceſſit Achilles?
Huic modo ne pſit: quod (vt eſt hebes) eſſe videtur:
Neve mihi noceat: quod vobis ſemper Achiui
Profuit ingenium: meaq hec facundia (ſi qua eſt)
Que nunc pro domino/pro vobis ſepe locuta eſt/
Inuidia careat: bona nec ſua quiſq recuſet.
Nam genus/et proauos/et que non fecimus ipſi/
Vix ea noſtra voco. ſed enim quia rettulit Aiax
Eſſe Jouis pnepos: noſtri quoq ſanguinis auctor
Juppiter eſt: totidemq gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater eſt/Acriſius illi/
Juppiter huic. neq in his quiſq dānatus/et exul.
Eſt quoq per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. deus eſt in vtroq parente.
Sed neq materno ꝙ ſum generoſior ortu/
Nec mihi ꝙ pater eſt fraterni ſanguinis inſons:
Propoſita arma peto. meritis expendite cauſam.
Dummodo ꝙ fratres Telamon/Peleuſq fuerunt/
Aiacis meritum non ſit: nec ſanguinis ordo:
Sed virtutis honor ſpolijs queratur in iſtis.
Aut ſi proximitas/primuſq requiritur heres:
Eſt genitor Peleus: eſt Pyrrhus filius illi:
Quis locus Aiaci? Phthiam hec/Scyroſq ferātur.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.
Num petit ille tamen. num ſi petat/auferat illa?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur:
Plura quidem feci: ꝙ que comprehendere dictis
In promptu mihi ſit. rerum tamen ordine ducar.
Preſcia venturi genitrix Nereida leti
Diſſimulat cultu natum: et deceperat omnes:

In quibus



pta. Et Syrō Syros abſq c: inſula eſt Jonie cum vrbe eiuſdem nois. Nā Scyros p c. patria eſt Lycomedis. Tam et ſi Seſtō forſitā nō inepte legeret. Eſt em̄ Seſtus vrbs Helleſpōti notiſſima. Lyr. me. Lyrneſus vrbs fuit Troadis: vbi Briſeida rapuit Achilles. Se. Hect. magnū terribilē. illū enī ex arte laudat vlyſ. vt i de maior achillis q̄ eū ſupauit: glia cognoſcat. Uiuo dederā ar. cū ea mercibus inſerui. Tūc em̄ primū arma tractare cepit Achilles. Hic aūt eſt epilog⁹ primi meriti Ulyſſis/quo achillē in bellum miſit. ¶ Poſt fa. poſt mortē. Ut do. vnius. ſm expōnit meritū vlyſſes/quo pbat ſe armis achillis digniorē eſſe ꝙ Aiax. Nā cū mille grecorū naues ad Aulida cōueniſſent/inde tēpeſtatibus impediti ſoluere nō poterāt. Quare cōſulti vates rn̄derūt: Dianā ſanguine filie Agamēnonis eſſe placādā. nā agamēnō illi⁹ ceruā imprudēs necarat: cū v̄o pr̄ filiā immolari nollet/vi eloquētie vlyſſis expugnat⁹ eſt vt publicā vtilitatē priuate anteponeret charitati. Miſſus quoq ad Clytēneſtrā non minore arte ab ea filiā abduxit: q̄ niſi perfeciſſet Ulyſſes: claſſis Grecorū nunq̄ ab Aulide profecta fuiſſet. Ut dolor vnius. poſtq̄ dolor vnius Menelai: quem ex Helena vxore ſibi ablata capiebat: omnes Grecos cōmouit. Aulidaq Euboicaꝫ. Aulis beotie vrbs eſt iuxta chalcidē: portū hn̄s ampliſſimum cōuētu mille nauiū grecorꝫ nobiliſſima. Atq in rege tñ pr̄ eſt: pͣ̄na charitas. Tenui. Obtinui. Difficilē cām. pͣpter iniquū iudicē. nam agamennō magis priuata charitate ꝙ publica vtilitate moueri videbat̄. Sū. poteſtas Lau. vt cū ſan. pē. gloriā. hec aūt oia ab vlyſſe fuerūt agamēnoni cōmemo. publicata vtilitas: Menelaus frater/ac ſumma ptās illi data. Mit. et Ilia. Ulyſſes (vt Hom̄. q̄qꝫ ſcribit) vna cū menelao ad helenā repetēdā orator ad priamū miſſus eſt. Et intr. eſt. participiū cōtra grāmatices rationē poetica licentia formatū. Plena. adh. e. il. vi. ſignificat ſe nō noctu: ſꝫ interdiu: cum adhuc curia viris eſſet plena: intrepide regē priamum adijſſe. Predaq. predā appellat/que vna cū Helena aſportauerat paris. Pria. ante. iū. nā antenor ſemp cēſuit Helenā menelao eſſe reddēdam. Sub il. in illo tpe. Spa. belli: diuturni: ac lōgi et in decimū vſq annū ptracti. Poſt a. pri. poſt prima prelia. Demum. ſolum. ¶ Quis tuus vſus erat. que tua grecis vtilitas erat. Ec. iouis monitu. aliud cōmemorat in Grecos meritum vlyſſes nam (vt Homerus in. ij. ilia. narrat) Juppiter per ſomnum agamēnonem admonuit: vt toto exercitu cum troianis confligeret. cetera alijs in commentarijs: maxime Uergil. Auctore. iouis auctoritate. Nō ſinat hoc Aiax. pulchra ironia: qua ſignificat vlyſſes aiacē nulla preditum eloquentia illud prohibere non potuiſſe. Det. edat. dicat aliquid: proponat aliquod conſilium: quod turba ſequatur. Non erat hoc nimium/Aiaci inquit magna ſemp iactanti hoc nimium non erat. Quid quod et impie fugit. fugere voluit. Inhone. velu. inhoneſte ac turpiter. nomen enim pro aduerbio poſitum eſt. Uela autem legendum eſt: non bella: vt fere in exemplaribus eſt deprauatū. Quid fa. hec ex ea oratiōe ſumpta ſunt/quā Homerus artificioſiſſimā Ulyſſi attribuit. Concitat dimittere. vt dimittatis in ſoluta oratione diceretur. Captam Troiam. nō que reuera capta eſſet: ſed que in eo erat vt facile capi poſſet. Nam apud Homerum colligit Ulyſſes futurū eſſe/vt Troia decimo anno quo volebāt recedere omnino capiatur. In quo: ad que. Dolor ipſe diſertum. ex arte

Syrus.
Scyros.
Seſtus
Lyrneſius.

Aulis.

Demum.

In quibus Aiacem: ſumpte fallacia veſtis/
Arma ego femineis animum motura virilem
Mercibus inſerui: neq adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus: cum parmam/haſtamq tenenti
Nate dea: dixi: tibi ſe peritura reſeruant
Pergama: quid dubitas ingentem euertere Troiā?
Iniecique manum: fortemq ad fortia miſi.
Ergo opera illius mea ſunt. ego Telephon haſta
Pugnantem domui: victum/orantemq refeci.
Qd Thebe cecidere/meum eſt. me credite Leſbon/
Me Tenedon/Chryſenq et Cillan Apollinis vrbes
Et Syron cepiſſe. mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſia menia dextra.
Utq alios taceam: qui ſeuum perdere poſſet
Hectora nempe dedi. per me iacet inclytus Hector
Illius hec armis/quibus eſt inuentus Achilles
Arma peto: viuo dederam: poſt fata repoſco.
Ut dolor vnius Danaos peruenit ad omnes:
Aulidaq Euboicam complerunt mille carine:
Expectata diu nulla/aut contraria claſſi
Flamina ſunt: dureq iubent Agamennona ſortes
Immeritam ſeue natam mactare Diane.
Denegat hoc genitor: diuiſq iraſcitur ipſis:
Atq in rege tamen pater eſt. ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor: faſſoq ignoſcat Atrides:
Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen vtilitas populi/fraterq/datiq
Summa mouet ſceptri: laudē vt cū ſanguine penſet.
Mittor et ad matrem: que non hortanda/ſed aſtu
Decipienda fuit: quo ſi Telamonius iſſet:
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea ventis.
Mittor et Iliacas audax orator ad arces:
Viſaq/et intrata eſt alte mihi curia Troie:
Plenaq adhuc erat illa viris: interritus egi
Quam mihi mandarat communis Grecia cauſam.
Accuſoq Parin: predamq/Helenamq repoſco:
Et moneo Priamum: Priamoq Antenora iūctum:
At Paris/et fratres/et qui rapuere ſub illo/

eloquentiam ſuam Ulyſſes in dolorem refert:quo arrogantiam vitet/⁊ magis ſibi grecos concilliet:quoꝝ dedecore ſe maximo affectum dolore fuiſſe ait. Profuga de claſſe:ad fugiendum parata. Conuocat atrides. agamēnon. hoc quoqꝫ de Home. eſt ſumptum. Telamoniades:aiax telamonis filius. Inceſſere:prouocare. Dictis:conuitijs:vt ex.ij.Ilia.lib.patet. Therſites quo nemo deformior:nemo lingua proteruior in grecorūꝫ

Therſites. exercitu fuiſſe ab home. ſcribitur/cum agamemnonē quoqꝫ cōuitijs inceſſiſſet/ab vlyſſe ſceptro fuit percuſſus. ¶Refundo:in animos eoꝝ remitto. Reparo:reſtituo:ꝗuis in quibuſdā exemplarib9 repoſco legat. Tēpore ab hoc. elegāter colligit vlyſſes quecunqꝫ aiax fortiter fecit/poſteaꝗ̄ eū cum alijs a fuga reuocauit/ſibi eſſe aſcribenda. Eſt aliqd. modeſte loquit vlyſſes. innuit antē pulchrū/ ac glorioſum eſſe a ꝑſtāti viro ſocium eligi. Nam Diomedes vnū ex omnib9 grecorum optimatib9 vlyſſem ſociū delegit ad ſpeculādū troianoꝝ caſtra iturus:vt apte in.x.ſcribit Homer9. Nec me ſors ire iubebat. ſignificat ſe ſponte ſociū Diomedi iuiſſe ad ſpeculandū qd hoſtes in caſtris agerēt/qua nocte ⁊ Dolonē/qui ⁊ ipſe ad grecorum caſtra ſpeculator veniebat/interemerūt:⁊ rheſum thracie regē/q auxiliū troianis tulerat/vna cū comitib9 interfecerūt:ac equos cādidos in ſua caſtra priuſꝗ̄ qdꝗ̄ pabuloꝝ troie guſtarent/abduxerunt:vt ex Homerico/ vergilianoqꝫ carmine notiſſimū eſt. Auſum eadeꝫ

Dolon. Rheſus. q nos:nā ⁊ ipſe ſpeculator ad caſtra grecoꝝ fuerat miſſus. Perfida troia:perfidi troiani. Eſt enim metonymia. Nā continēs pro contento poſitū eſt. Specularer:explorarē:inquirerē. Cuius equos pretiuꝫ. Dolon noctu ad ſpeculandū qd hoſtes agerēt miſſus: equos achillis ſibi ꝑ mercede dari:ſi troiani vincerēt depopoſcit. Eſt aūt ordo. Arma mihi ei9 viri negate/cuius equos hoſtis Dolon ꝑ nocturna ſpeculatione popoſcerat. Illa vō ironia Ulyſſes arma achillis ⁊ aiaci negandaꝫ ſibi adiudicanda eſſe oñdit. Benignior beneficentior/gratior. Ironicos aūt hec ꝗqꝫ dicuntur. Quid Lycij referā Sarpedonis. Sarpedon fili9 fuit iouis ex Europa ac minois frater. Hic cū rex eſſet lycie/troianiſqꝫ fauerct/multis ex eius ſocijs ab vlyſſe ceſis a patroclo tandē fuit interfectus. Ceranō iphiti

Sarpedon dc. iphiti filium. fore aūt eos qui hoc loco ab Ulyſſe enumerantur:⁊ Sarpedonis ſocios

ενθοτεκο ιρανον ει λευαλαςο ρατε χρο μιουτε: αλκαν- δρονο θα λιον τενο μο κατε πρυ-ταυιν τε.

fuiſſe/et ab Ulyſſe interfectos in.v.Ilia.ſcri. Home. Ueſtēqꝫ manu diduxit:remouit:a pectore diuiſit. Hoc auteꝫ ex poete perſona eſt dictū. Quid tamē hoc refert:ac ſic diceret nihil. Confutat enim vlyſſes id qđ iactauerat aiax ſe ſolū faces troianoꝝ a grecoꝝ claſſe repuliſſe. Naꝫ alij quoqꝫ inquit in primiſqꝫ patroclus armis achillis indut9 reſtitit hoſtibus naues noſtras incendere volentibus. Ioueqꝫ. iupiter nanqꝫ hectori/troianiſqꝫ fauebat. ¶Neqꝫ enim benefacta maligne. ex arte vlyſſes que aduerſario honeſte negare non poteſt/ita concedit/vt cum alijs tamen ea eē communia aſſeueret. Maligne detractare. cum quadam malignitate et vituperatione detrahere. ¶Modo ne communia ſolus: dum modo inquit Aiax ea que communia ipſi vobiſcum ſunt/ſibi ſoli non arroget. Qua quidem oratione Ulyſſes et Aiacē in inuidiam adducit/et ſibi principū Grecorū beniuolētiā cōciliat. Repulit Actorides. Patrocl9 actoris nepos / q armis Achillis

Actorides indut9 ab Hectore fuit interfect9. Cuꝫ enim Achilles agamēnōi iratus in aciē aduerſus hoſtes deſcēdere nollet: precibus amicoꝝ cōceſſit

Uix tenuere manus (ſcis hec Menalae) nefandas.
Primaqꝫ lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt:que conſilioqꝫ/ manuqꝫ
Utiliter feci ſpacioſi tempore belli.
Poſt acies primas/vrbis ſe menibus hoſtes
Continuere diu:nec aperti copia Martis
Ulla fuit/decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea/qui nil niſi prelia noſti:
Quis tuus vſus erat/nam ſi mea facta requiris/
Hoſtibus inſidior:foſſas munimine cingo:
Conſolor ſocios:vt longi tedia belli
Mente ferant placida. doceo quo ſimus alendi /
Armandiqꝫ modo:mittor quo poſtulat vſus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incepti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere vocem.
Non ſinat hoc Aiax:delendaqꝫ Pergama poſcat.
Quodqꝫ poteſt/pugnet. cur non remoratur ituros:
Cur non arma capit:det quod vaga turba ſequatur.
Non erat hoc nimium/nunꝗ̄ niſi magna loquenti.
Quid ꝙ ⁊ ipſe fugit:vidi/puduitqꝫ videre:
Cum tu terga dares:inhoneſtaqꝫ vela parares.
Nec mora. quid facitis:que vos dementia/dixi
Concitat o ſocij captam dimittere Troiam:
Quid ve domum fertis decimo niſi dedecus anno:
Talibus atqꝫ alijs/in que dolor ipſe diſertum
Fecerat:auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes:
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Audet:et auſus erat reges inceſſere dictis.
Therſites etiam per me haud impune proteruus:
Erigor:et trepidos ciues exhortor in hoſtes:
Amiſſamqꝫ mea virtutem voce refundo.
Tempore ab hoc quodcunqꝫ poteſt feciſſe videri
☞Non va. Aurore. Mēnon Tithoni atqꝫ Aurore filius/cū in bello Troiano ab Achille fuiſſet interfectus/mater Iouē rogauit/vt aliquo eū afficeret honore. Iuppiter aūt fauillas rogi ipſius cōgregatas/eiuſqꝫ ſocios in aues cōmutauit: q̄ Mēnonides a Mēnone vocate/ſingulis quibuſqꝫ annis ad ſepulchrū illi9 acriter inter ſe pugnātes duci ſuo parētare vident. Quāqꝫ iiſdē fauerat armis. ꝓpter Tithonum maritū/qui Laomedōtis fuerat filius/ac Priami frater. Lutea mater Aurora ipſa Mēnonis mater rutila/ac rubicūda. Non ſuſtinuit: non potuit. Parens: cauſa cur nō ſuſtinuerit ſpectare/qꝛ parēs. Omnibus inferior. in ſoluta oratiōe omniū infima diceretur. Au. ether. Splendidum celum. Nā mihi ſunt. parentheſis cauſam cōtinens cur aurora omnium dearum ſit infima. Dies ſacrificos. in quibus mihi ſit ſacrificandum. Ignibus. ſacrificiis. Aſpicias. cōſyderes. Quantum tibi femina preſtem. quātum tibi proſim: quis femina ſim. Noctis confinia ſeruo. hoc eſt cuſtodio: ne nox ſuos fines tranſeat. Niſi enim aurora vigilans eſſet: nox ſemper videretur duratura. Orba. priuata. Fruſtra: qꝛ ⁊ ipſe fuit interfectus: et Troia euerſa. Pro patruo ſuo: Priamo. A forti Achille. interfectus: percuſſus: ſimile verbū participiū ſubaudiatur. Maternaqꝫ vulnera leni: maternos dolores mitiga. Voluminā. reuolutiones. Infecere. obſcurauere: denigrauere. Exhalant. emittunt. Infra. nebulas ſubaudiendum. Glomerataqꝫ. congregata. Faciem capit. figuram ac formam accipit. Atqꝫ animum ex igni. ſcite. Anima nanqꝫ vt flamma ſemp eſt in motu: vnde philoſophorum quidam dixerunt animam eſſe ignē. Leuitas ſua prebuit alas. ideſt propria fauille leuitas alas effecit. ¶Quibus eſt eadem natalis origo. nam et ipſe ex fauillis ſunt orte. ¶Luſtrant: circumuolant. ¶Plangor. clangor. ¶Seducunt caſtra. ſeparant caſtra et diuidunt ſe in duas partes. ¶Diuerſa de parte. ex partibus aduerſis. ¶Cognata. ſimul nata. ¶Prepetibus ſubitis. ſubito natis alitibus. ¶Auctor. Memnon carum origo. Memnonides enim a Memnone fuerunt cognominate: vt pauloante diximus: et ipſe poeta aperte teſtatur. ¶More parentali. more eorum qui inferis parentant. Parentalia vero proprie dicuntur ſacrificia/que manibus fiunt. ¶Rebellant. bellū iterum inter ſe ſuſcipiunt. ¶Dymantida. Hecubam Dymantis filiam/quamqꝫ alii/in primiſqꝫ Eurypides/ac Vergilius Ciſſei regis Thracie filiam fuiſſe ſcribant. ¶Rorat. rorem fundit.

Mēnonis cineres in aues.

Tithonus.

Memnonides.

Enee i Italiā nauigatio.

Parētalia.

Dymātis.

Rorare.

Occidit a forti (ſic dij voluiſtis) Achille.
Da precor huic aliquem ſolatia mortis honorem
Summe deum rector: maternaqꝫ vulnera leni.

¶ Memnonides aues.

Memnonides ineunt pugnas ad buſta quotannis
Memnonia: atqꝫ cadunt manibus inferie.

Juppiter annuerat: cū Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus: nigriqꝫ volumina fumi
Infecere diem. veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas: nec ſol admittitur infra.
Atra fauilla volat: glomerataqꝫ corpus in vnum
Denſatur: faciemqꝫ capit: ſumitqꝫ colorem.
Atqꝫ animum ex igni. leuitas ſua prebuit alas.
Et primo ſimilis volucri: mox vera volucris
Inſonuit pennis: pariter ſonuere ſorores
Innumere: quibus eſt eadem natalis origo.
Terqꝫ rogum luſtrant: ⁊ conſonus exit in auras
Ter plangor: quarto ſeducunt caſtra volatu.
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt: roſtriſqꝫ/ ⁊ aduncis vnguibus iras
Exercent: alaſqꝫ/ aduerſaqꝫ pectora laſſant:
Inferieqꝫ cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora: ſeqꝫ viro forti meminere creatas:
Prepetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dicte: cum ſol duodena peregit
Signa: parentali morituꝛe more rebellant.
Ergo alijs latraſſe Dymantida flebile viſum eſt:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta: piaſqꝫ
Nunc quoqꝫ dat lachrymas/ ⁊ toto rorat in orbe.
¶ Non tamen euerſam Troie cum menibus eſſe
Spem quoqꝫ fata ſinunt: ſacra/ ⁊ ſacra altera patrē
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros:
De tantis opibus predam prius eligit illam:
Aſcaniumqꝫ ſuum/ profugaqꝫ per equora claſſe
Fertur ab Antandro: ſcelerataqꝫ littora Thracum/
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit: ⁊ vtilibus ventis/ eſtuqꝫ ſecundo
Intrat Apollineam: socijs comitantibus vrbem.
Hunc Anius/ quo rege homines/ antiſtite Phebꝰ
Rite colebatur: temploqꝫ/ domoqꝫ recepit:
Urbemqꝫ oſtendit: delubraqꝫ nota/ duaſqꝫ
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis/ vinoqꝫ in thura profuſo/



¶ Fabule quarte libri. xiij.
Argumentum.

Lactãtius. ¶ Non tamē ⁊c. Eneas cū parēte Anchiſe ⁊ filio Aſcanio profugus delphos venit. Hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipitur hoſpitio: quibus indicat quinqꝫ ſe filiarū parē tē orbum relictū: Andrū eñ a quo Andros inſula/ reliquiſſe patriā: huic vt Apollo dde rit auguriū: ſic Liberū dediſſe virginibꝰ: vt cōtacta manibꝰ earū in ſegetem vinū/ oleūqꝫ verterenť: eas Agamēnon vt celeſti munere exercitum aleret cū vellet abducere/ in inſulam eādem Andron profugiſſe. Hinc rurſus ne vinculis illigate raperentur potentia regis Agamēnonis: Liberi numē effecit ob miſericordiam ⁊ muneris ſui cauſam: vt in colūbarum ſpeciem trāſferrentur.

Raphael. ☞ Non tñ euerſam. Anij Apollinis Delij ſacerdotis filiarum Metamorphoſin in columbas deſcripturus poeta: Enee pietatem prius/ ad Delūqꝫ nauigationē cōmemorat quo aptius fabule cōnectanť. Sacra ⁊ ſacra altera patrem. eneā ex incendio Troiano: et ſacra dee Ueſte ⁊ patrē Anchiſem abſtuliſſe Aſcaniūqꝫ abduxiſſe: carmine quoqꝫ Uergilia. eſt notū. Et ſacra altera: neqꝫ eñ minꝰ pium eſt parētibus ꝙ ſacris auxilium ferre. Cythereius heros. Eneas Ueneris: q ⁊ Cytherea dr filius. Predā illā: ſacra ⁊ patrem.

Antãdrꝰ. Fertur ab Antādro. Antandrus vrbs eſt ſub Ida ab Antādro duce cognominata. Ariſt. aūt ſcribit illā prius endonida fuiſſe vocatā: quo tp̄e a Cimerijs inhabitabať. Linqt. Quis ibi iā vrbē Aenū edificaſſet: vt Uerg. narrat. Apollineā vrbē: Delū: apollinis ora

Anius. culo inſignē. Hūc Anius deli regem fuiſſe: Apolliniſqꝫ ſacerdotem etiam Uerg. ſcribit. Rex Anius/ rex idem hoim/ Phebiqꝫ ſacerdos. Quo rege hoies vtebanť. eſt ſubaudiendū. Delubraqꝫ nota: clara ꝓpter oraculum. Duas ſtirpes: duas arbores quas tenens/ amplectenſqꝫ Latona Apollinem ⁊ Dianā

Latone partus. enixa eſt. Retētas: alludit ad fabulam. Nā Juno ita Latonā dr ꝓſecuta/ vt nuſqꝫ quieſcere poſſet. Cum vero Delum cōſcendiſſet/ complexa duas arbores oliuam ⁊ palmam: vt poeta in ſexto narrat/ Apollinē peperit atqꝫ Dianam. Thure dato flammis: hoc eſt ſacrificijs ꝑfectis. Fibris crematis: exuſtis/ combuſtis. Morem autem pioꝝ hominum exprimit poeta: qui añ omnia Deos ſolēt venerari: vt Uerg. quoqꝫ ꝑcipit. In primis venerare deos. Poſitis tapetibus. ſtratis tapetibus. Illos autem cenaſſe ait. Tunc pius Anchiſes: inquit verbum/ ſimile ve eſſe ſubaudiendum facile conſtat. Cum primū: quādo primū. Biſqꝫ duas natas: Anius quatuor habuit filias: quibus Bacchus conceſſit/ vt quicquid tāgerēt in frumētū/ vel vinum/ vel oleum cōmutareť. Eas cum Agamēnon vi ducere vellet in expeditionem Troianam vt exercitum alerēt/ Bacchi auxilio in columbas fuiſſe cōuerſas fabulanť. Uidiſti parentem: me ſubaudiamus. Pene orbum: fere carentem filijs. Tanta incōſtātia: inſtabilitas fortune. Eſt autem acclamatio ſenis grauitati maxime conueniens. Quod enim mihi filius abſens auxilium. nulli inquit ſibi eſſe auxilio filium abſentem ꝙuis ſit viuus. An

Andros. dros habet: Andros inſula eſt vna ex Cycladibus/ ab Andro Anij filio: vt ſcribit Ouid: vt alij Eurymachi/ denominata. Augurium





Ceſarumqꝫ boum fibris de more crematis/
Regia tecta petunt: poſitiſqꝫ tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tum pius Anchiſes. o Phebi lecte ſacerdos
Fallor: an et natum/ cum primum hec menia vidi:
Biſqꝫ duas natas (quantum reminiſcor) habebas?
Huic Anius niueis circundata tempora vittis
Concutiens/ et triſtis ait. non falleris heros
Maxime: vidiſti natorum quinqꝫ parentem:
Quē nunc (tanta homines rerū inconſtātia verſat:)
Pene vides orbum: quod enim mihi filius abſens
Auxilium: quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet/ pro patre locumqꝫ/ et regna tenentē:
Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
Feminee ſtirpi voto maiora/ fideqꝫ

¶ Tacta ab Anij filiabus.

Quicquid contigerant Anij puelle:
Uinum/ Baccha/ Ceres erat repente.

Munera: nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem/ laticemqꝫ meri/ baccamqꝫ Minerue
Transformabantur: diueſqꝫ erat vſus in illis.
Hoc vbi cognouit Troie populator Atrides/
(Ne non ex aliqua veſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoqꝫ parte putes) armorum viribus vſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris: alantqꝫ
Imperat Argolicam celeſti munere gentem.
Effugiunt quo queqꝫ poteſt. Euboea duabus/
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt: et ni dedantur/ bella minatur.
Uicta metu pietas conſortia corpora pene
Reddidit: et timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic Eneas/ non qui defenderet Andron
Hector erat: per quos decimum duraſtis in annum:
Jamqꝫ parabantur captiuis vincla lacertis.

¶ Anij filie in columbas.

Tantalides Anij natis dum vincla pararet:
Ecce Dioneas fecit Jacchus aues.

Ille attollentes etiam nunc libera celo
Brachia: Bacche pater fer opem dixere: tulitqꝫ
Muneris auctor opem (ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint/ potui ſcire: aut nunc dicere poſſum.
Summa mali nota eſt: pennas ſumpſere; tueqꝫ
Coniugis in volucres niueas abiere columbas.

augurioꝝ ac vaticinandi peritiam. ¶ Uoto maiora fideqꝫ. hoc eſt maiora ꝙ quis expetere aut credere debeat. ¶ Laticem meri. vinum. ¶ Bacchamqꝫ Minerue: oliuam. Pallas enim oliuam extulit in lucem. ¶ Diues

Euboea. vſus: opulenta vtilitas. ¶ Troie populator atrides. Agamēnon troie depredator. ¶ Ne nō putes. vt putes. ¶ Eubo ea duabus. Euboea inſula eſt beotie adiacēs admodum lōga. Unde ⁊ Macris fuit quondam appellata: ⁊ macra id eſt lōga: vt tradit Plinius: ſed et Chalodotis: et Chalcis/ ere ibi primum reperto/ et Abātis: et Aſopis. ¶ Pietas: Andri fratris in ſorores. ¶ Conſortia corpora: ſorores. ¶ Per quos. quorū virtute. ¶ Captiuis lacertis. captiuarum brachijs. ¶ Miro more: mirādo modo. ¶ Perdere: deſtruere/ delere. ¶ Ferre vocatur opem. ac ſi diceret Anius. Perdere miro modo nō eſſe opē ferre. ¶ Tue cōiugis: Ueneris. Nam veneri columbe ſunt dicate. ¶ Abiere conuerſe fuere.

¶ Fabule quinte. xiij. libri argumentum.

Lactãtius ¶ Talibus/ atqꝫ ⁊c. Diſcedētes ab Anio Anchiſes et eneas inuicē munera dant et accipiunt/ in quibus crater Enee datus ab Alcone Lydio celatus. Anius autem a Therſe Beotio acceperat: in quo ſculpte erant Thebe et Orionis filie: que pro populo Thebano paſſe erant immolari: et harū proci cum

Adulescentes duo ex rogi fauilla. muneribus aduſti eſſent: duo adoleſcētes inde increuerunt: qui ex virginum nomine corone ſunt nominati.

Raphael. ☞ Talibꝰ atqꝫ alijs. hec idcirco a poeta narrantur/ vt aptius ſequentem Metamorphoſin cum ſuperiore connectat. Nam Thebani cum peſtilentia laborarēt: oraculum acceperunt eā eſſe ceſſaturam/ ſi ſe due virgines pro populo deuouerēt. Due autē Echionis filie cū ſe immolātes tradidiſſent: iāqꝫ cremarentur: duo iuuenes/ qui Stephani/ hoc eſt corone ſunt vocati/ de rogi fauilla viſi ſunt exire: exequiaſqꝫ matrū celebrare. ¶ Antiquam matrem. Italiā/ vnde dardanus in Phrygiā fuerat profectus. Sic ⁊ Uerg. Dardanide duri/ que vos a ſtirpe parētum prima tulit tellꝰ: eadem vos vbere leto Accipiet reduces: antiquam exquirite matrē. Hic domus Enee cūctis dominabitur annis: Et nati natorum/ ⁊ qui naſcētur ab illis. Nepoti. aſcanio. ¶ Iſmenius: Thebanꝰ. ab Iſmeno beotie fluuio.

Alcon. Myle. ¶ Alcō Myleus. non mylei filiꝰ: ſed a patria ſic cognominatus. Myle nāqꝫ nomē eſt duarū vrbiū/ quaꝝ altera eſt in Sicilia/ altera in

Alcones duo. theſſalia. Duo aūt fuerunt alcones clari: hic argentarius faber/ et alter cretenſis arte ſagitandi inſignis. ¶ Longo argumento. prolixa materia. ¶ Urbs erat: in illo cratere celata. Thebe autem Beotie fuerant ſculpte.

Thebe Beotie. ¶ He pro nomine erant. nam ſeptem porte ſignificant eas eſſe Thebas Beotias. Thebe enim Beotie ſeptem portas habuiſſe dicuntur. ¶ Effuſeqꝫ comas: diffuſas et ſparſas comas/ et pectora aperta habentes. Eſt enim ſynecdoche poetica. ¶ Lambunt arentia ſaxa: herbe nāqꝫ omnes aruerant. ¶ Natas ab Echione. filias Echionis Thebani. legitur et Orione. ¶ Non femineum. timidū ſed virile et audax. ¶ Coronas: latine dixit/ nam apud Grecos ſtephani vocantur. Summus. in ſummitate.

¶ Fabule ſexte decimitertij
libri argumentum.

Lactātius. Hactenus ⁊c. Petentes inſulā Cretā:⁊ hinc
Italiā ſupradicti:vt aliquando errores poſi-
tis ſedibus finire poſſent: multis regiōibus
trāſitis Ambraciam adeunt a Dijs per certa
mē potitam:in quam Ambracij imagine3 in
ſaxum cōſpiciunt figuratam/hinc in Aoniā
in qua oraculum Iouis elati aſpiciūt Mo-
loſſi regis filios/qui ſine flamma dum conſu
merētur:immortalium numine factum eſt:vt
Raphael. in auium figuras mutarentur.
☞ Hactenꝰ antiquo. ſigna inquit hactenꝰ
enumerata in antiquo ere ſculpta erant: ſed
crateris ſummitas inaurato achanto cinge-
batur. Signis:ſimulachris. Erat aſper. cela-
tus. Nam vaſa celata aſpera ſunt. Inaurato
Achantus achanto. achantus frutex eſt ſpinoſus ſemp
florēs. Uer. in Geor. Et baccas ſemper floren
tis achāti. Leuiora:minora. Remittūt:retri-
buūt. Inde recordati teucros. Apollinis ora
culū non percipiētes Troiani in Cretā naui-
garūt. Primā enim originē ſe putabāt duce-
re a Teucro Scamādri cretenſis filio/qui in
Creta Phrygiā ꝓfectus arcē troianam edificauit.
Hecatōpo Sed ante eū dardanus ea loca iam ceperat
lis. habitare. Iouē acrē:nā(vt ſcribit Uerg. peſti
lentia laborare ceperunt. Centū relictis vrbi
Auſonia. bus. Creta inſula Hecatōpolis ab homero
vocatur:ꝙ centū vrbibus fuerit ornata. Au-
ſonios:italos. Auſonia nāq; Italia ab auſo-
Stropha- nibus populis fuit cognominata. Stropha
des. dūq; receptos. ſtrophades inſule ſunt in ma
ri Ionio due iuxta Zacinthū αϲοτηϲ στρο
Legitur et φηϲ:hoc eſt a cōuerſiōe zete et calais dicte:
Orione. nā illuc vſq; harpyias perſecuti retro redie-
Harpyie re. Aello nomē eſt vnius harpyiarū:que tres
tres. eſſe fingūtur Neptuni ⁊ terre filie:aello/ocy
Dulichiū. pite/⁊ Celeno. Et iam dulichios portus:duli
Itacha. chium/Ithaca/Samus inſule ſunt in Ionio
Samus. mari quibus imperauit vlyſſes. Samus qui-
dem inſula eſt in mari ionio tetrapolis: hoc
eſt quatuor vrbium/e quibus vna ſame voca
tur:vnde Uerg. Iā medio apparet curſu ne-
moroſa zacinthos/Dulichiumq;/Sameq;/
et Neritos ardua ſaxis. Tametſi (vt Strabo
narrat) Urbs quoq; interdū Samos vocat.
Eſt etiā Samos inſula Carie adiacēs clariſſi
ma/que prius ⁊ Parthenia/⁊ Dryuſa/⁊ An
themuſa/⁊ melāphylos fuit appellata. Sciē-
dū eſt autem Samos a priſcis grecis editio-
ra ⁊ altiora loca arcibus ſtruendis apta con
ſueſſe vocari:vt idē Strabo iquit. Neritiaſq;
domos. Neritus ⁊ mons eſt in Ithaca inſu-
la/⁊ vrbs(vt Strabo refert) que Leucas ap-
Neritus. pellatur:vnde Neritius poſſeſſiuum. Certa-
Ambracie. tam lite deoru3 Ambraciam. Ambracia vrbs
eſt Epiri ab Ambrace Teſproti filio dicta/
vel (vt alij dicunt) ab Ambracia Egei filia:
quam Auguſtus apud Actium promonto-
rium/victo Antonio amplificauit vna cum
templo Apollinis Actiaci: eamq; Nicopo-
Nicopol. lim appellauit:hoc eſt victorie vrbē. Ab Am-
Ambraciꝰ bracia vero ſinus dicit Ambracius anguſtis
ſinus. admodū faucibꝰ ſpatioſum equor accipiēs.
Certatam. participiū contra grāmatices ra-
tionē formatū:de qua dij certarūt. Qui vero
fuerint dij illi ac iudex/ꝗ in ſaxū fuit mutatꝰ
nō memini me legiſſe. Ab apolline. ob Apol-
Actiacum. linis Actiaci templum. Illuc. n. ad quinquē-
nales ludos multi populi confluebāt. Actia
co. qui apud Actium colebatur. actium ſane
et vrbis/et templi/et promontorij nomen
eſt:vnde Actiacum declinatur.

¶Terrā

¶Talibus/atq; alijs poſtquam conuiuia dictis
Implerunt:menſa ſomnum petiere remota.
Cumq; die ſurgunt:adeuntq; oracula Phebi.
Qui petere antiquam matrem/cognataq; iuſſit
Littora:proſequitur rex/et dat munus ituris.
Anchiſe ſceptrum/chlamydē/pharetraſq; nepoti.
Craterem Enee/quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab Aonijs Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hunc illi Therſes:fabricauerat Alcon
Myleus:et longo celauerat argumento.
Urbs erat:et ſeptem poſſes oſtendere portas.
He pro nomine erant:et que foret illa/docebant.
Ante vrbem exequie/tumuliq; igneſq; rogiq;/
Effuſeq; comas/et aperte pectora matres
Significant luctum:Nymphe quoq; flere videntur:
Siccatoſq; queri fontes: ſine frondibus arbor
Nuda riget:lambunt arentia ſaxa capelle.
Ecce facit medijs natas ab Echione Thebis:
Hanc non femineum iugulo dare pectus aperto.
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo/pulchriſq; per vrbem
Funeribus ferri:celebriq; in parte cremari.

¶Duo iuuenes e rogi fauilla.

Flamma tuam ſobolem dum iuſta cremaret Echion:
Verſa eſt in iuuenes atra fauilla duos.

Tum de virginea geminos exire fauilla:
Ne genus intereat:iuuenes/quos fama Coronas
Nominat:et cineri materno ducere pompam.
¶Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ere
Summus inaurato crater erat aſper Acantho:
Nec leuiora datis Troiani dona remittunt:
Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram:
Dant pateram/claramq; auro/gemmiſq; coronam.
Inde recordati Teucros a ſanguine Teucri
Ducere principium/Cretam tenuere:locisq;
Ferre diu nequiere Iouem:centumq; relictis
Urbibus/Auſonios optant contingere portus:
Seuit hyēs:iactatq; viros:Strophadūq; receptos
Portubus infidis exterruit ales Aello.
Et iam dulichios portus/Ithacamq;/Samumq;/
Neritiaſq; domos/regnum fallacis Ulyſſei
Preterunt vecti certatam lite deorum
Ambraciam:verſiq; vident ſub imagine ſaxum

Iudicis



Iudicis/Actiaco que nunc ab Apolline nota eſt.
Vocalemq; ſua terram Dodonida quercu/

¶Filij Moloſſi in aues.

Quid/quod pennata eſt regis preclara Moloſſi
Progenies:flammas pertimuit rapidas.

Chaonioſq; ſinus:vbi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugere incendia pennis.
¶Proxima Pheacum felicibus obſita pomis
Rura petunt:Epiros ab his/regnataq; vati
Buthrotos Phrygio/ſimulataq; Troia tenetur.
Inde futurorū certi/que cuncta fideli
Priamides Helenus monitu predixerat/intrant
Sicaniam:tribus hec excurrit in equora linguis.
E quibꝰ imbriferos eſt verſa Pachynos ad Auſtros:
Mollibus expoſitū zephyris Lilybeon/ad Arctos
Equoris expertes/ſpectat Boreamq; Peloros.
Hanc ſubeunt Teucri:remis/eſtuq; ſecundo
Sub noctem potitur zanclea claſſis harena.
Scylla latus dextrum/leuū irrequieta Charybdis
Infeſtant:vorat hec raptas/reuomitq; carinas.
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum/
Virginis ora gerens:⁊(ſi non omnia vates
Ficta reliquerunt)aliquo quoq; tempore virgo.
Hanc multi petiere proci:quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas/pelagi gratiſſima nymphis
Ibat:⁊ eluſos iuuenum narrabat amores.
Quam dum pectendos prebet Galatea capillos:
Talibus alloquitur referens ſuſpiria dictis.
Te tamen o virgo genus haud immite virorum
Expetit:vtq; facis/potes his impune negare.
At mihi/cui pater eſt Nereus:quam cerula Doris
Enixa eſt:que ſum turba quoq; tuta ſororum/
Non niſi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere:⁊ lachryme vocem impediere loquentis:
Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo:
Et ſolata Deam eſt:referꝛo gratiſſima dixit:
Neve tui cauſam tege(ſum tibi fida)doloris.
Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt.

¶Ad Galatheam.

Te Polyphemus amat:tuus eſt amor Acis:vterq;
Ardet:vtrūq; tamen non Galathea capis.

Acis erat Fauno/nymphaq; Simethide cretus:
Magna quidem patriſq; ſui/matriſq; voluptas:
Noſtra tamen maior:nam me ſibi iunxerat vni

¶Terrā dodonida. dodone vrbs eſt Epiri. Dodone.
vñ Iuppiter Dodoneꝰ. Dicta eſt aūt a Do-
done nympha/vel a Dodono Iouis ⁊ Eu-
rope filio. Sua quercu. nā i nemore querno
Dodone vicino colūbas dediſſe rñſa ex ſen
tētia Dodoneoꝝ antiſtitū Herodotus ſcri- Dodoneū
bit:ꝗ aſſeruere geminas ex Egypto colum- oraculum.
bas euolauiſſe/vtrāq; nigrā:vnā quide3 in
Africā:alterā vo ad ipſos/ꝗ fago inſidēs hu
mana voce locuta ſit:eo loci Iouis oraculū
cōdi debere/⁊ ſe interꝑtatos eē/qd ipſis an
nūtiaret diuinitus fieri:⁊ ob id ſe ita feciſſe.
Dodoneū aūt oraculū oim Grecie oraculo-
rū fuit vetuſtiſſimū. Chaonioſq; ſinꝰ. Chao-
nes ppli ſunt Epiri. Uñ ⁊ Chaonia(vt ſcri- Chaonia.
bit Pli.)fuit dicta. Quāuis Uergi. aſſerat a
Chaone Troiano fuiſſe cognoiatā. Ubi nati
rege Moloſſo. hec fabula mihi eſt ignota. Filij Mo-
Significat aūt poeta Moloſſi filios i aues loſſi i aues
fuiſſe ꝯuerſos. Proxima Pheacū. Enee na-
uigationē deſcribit poeta/quo in Siciliā tā
dē ꝑueniat/vbi Acis iuuenis in fluuium ſui
nominis fuit conuerſus.

¶Fabu. ſeptime. xiij. libri Argumētum.

¶Proxima ⁊c. Acis fauni Simethideſq; Lactātius.
nymphe filiꝰ Galateā Nerei ⁊ Doridis filiā
cū diligeret:nec minꝰ ipſe ab ea peteret:Cy- Acis in flu
clops qr copia eiuſdē Nereidis nulla fieret: uium.
cui feritas eiꝰ eſſet inuiſa/incēſus furore ſpe
lūca relicta palā ꝓſiluit:vagatuſq; ꝑ ſyluas
cōſpexit Galateā gremio Acidis reſidētem
auulſum ſcopulū Etne in eos eiecit/cuiꝰ vi
exterrita Galatea ſubiecto mari merſa eſt:
Acis aūt ꝗ effugere impetū eius nō potuit:
obrutꝰ ſaxo eſt:cuiꝰ cruor numine eiuſdem
Galatee in flumē eiuſdē nois ſui ꝗ eſt i Sici
lia/verſus eſt:cuiꝰ liquori ſe iūxit volūtate.
☞ Pheacu3. Pheaces ppli Corcyre inſule Raphael.
dicti a Pheace filio Neptuni/⁊ Cercyre A-
ſopi filia:a qua etiam inſula Cercyra fuit co
gnominata. Nā antea Drepane ⁊ Scheria
vocabat. De Pheacū vo origine varie ſunt
antiquoꝝ opiniones. Nā Apolloniꝰ ⁊ Acu-
ſelaus ex Urani teſticuloꝝ exciſione guttas
cecidiſſe/ex qbꝰ alij gigantes/alij Pheacas
natos eē. His accedit Alceꝰ:ꝗ ait Pheacas
hr̄e genꝰ ex Urani guttis. Homerus aūt ait Epiros.
Pheacas dijs gratos eē:qr a Neptuno ori-
ginē ducūt. Epiros ab his. poſt hec:nā i Ita
liā nauigātibꝰ a Corcyra occurrit Epirꝰ re- Butrotꝰ.
gio:in ꝗ eſt Butrotꝰ oli Romanoꝝ Colōia.
Nā Epiros ⁊ ꝓpriū ē regiōis ⁊ gñale nomē/
ſigātq; ꝯtinētē ⁊ terrā in ifinitū ꝓtēſam:vñ ⁊ Terra in
απειροϲ dicta ē/ꝗſi απειροϲ hoc ē ifinita. tres epiros
Terra aūt in tres Epiros ⁊ ꝯtinētes ē diui-
ſa. Aſiā/Europā/Africā. Buthrotos Urbs
eſt haud lōge a Corcyra diſtās:a primo habi
tatore ſic dctā. Phryg. vati. Heleno Priami Tria Sici-
filio. Sicaniā. Siciliā:ꝗ tria h3 ꝓmontoria/ lie ꝓmōto-
Pachynū/Lilybeū ⁊ Peloꝝ. Tribꝰ linguis. ria.
tribꝰ ꝓmōtorijs/quoꝝ Pachynꝰ Grecia/Li
lybeū Africā/Pelorus Italiā ſpectat. E qbꝰ
Pachynos vſa eſt:figurata eſt locutio. vſa
eñ ad linguā refert nō ad Pachynū. Ad Au
ſtros. ad meridiē:vñ flat Auſter. Mollibꝰ Ze
phyris. molliter ac ſuauiter flātibꝰ. Lilybeō.
Lilybeū aūt vrbs eſt Sicilie ⁊ ꝓmōtoriū oc Lilybeum.
cidētē vſus:vñ flat Zephyrꝰ ſpectās. Ad Ar
ctos. ad ſeptētrionē. Pelorus. Pelorus antē Pelorus.
dictus eſt a Peloro claſſis Hannibalis gu-
bernatore ibi ſepulto. Zāclea. harena. Zācle Zancle.
vrbs eſt Sicilie a Zanclo gigāte/vel a Zancle

fonte dicta: vt ſcribit Hecateus. Alij autē ꝙ ibi Saturnus occultauit falcem qua patris teſticulos amputauit. Nam Siculi falcem Zanclon vocant: vt Stephanus de claris vrbibus tradit. Strabo autem ſcribit eandem eſſe cum Meſſena a Meſſenijs conditoribꝰ ſic vocata. Zanclen vero antea vocataꝫ: ꝙ in

Due Scylle.

curuo littore ſita foret. Zanclia nāꝫ vocant curua. Scylla latus dextrū. Due fuerūt Scylle a poetis decātate: quarū altera Niſi filia in auem fuit cōmutata: altera Phorci filia in monſtrū/ qđ in freto Siculo nauigātibus

Charybdis.

inſidiat: cuius fabulam in principio libri ſequētis plene poeta exponit. Charyb. hec vetula fuit furaciſſima: que cum Herculi boues furata eſſet: ab illo in fretum proiecta in mōſtrum marinū fuit cōuerſa: qđ adhuc priſtinā retinet rapiendi naturā: nā illac trāſeūtes naues ad ſe rapit: deuoratꝫ/ ac reuomit.

Galathee ⁊ Acidis amores.

vt Sene. in thye. ꝙ rapax hauſit reuo. cha. Quā dum pectēdos. Galatea Nerei ⁊ Doridis fuit filia: que amore Acidis capta Polyphemum Cyclopem ſe amantē fugiebat. Sꝫ cum Cyclops eam in gremio Acidis reſidentem deprehendiſſet: ira correptus ingens ſaxum in illos cōiecit: quo Acis obtritus: (nā Galatea aufugerat) in fluuium ſui nominis fuit conuerſus. Et lachryme: vocez impedire loquentis. Eleganter poeta mollis nymphe mores effingit. Marmoreo pollice. candidis digitis. Virgo Scylla. Deā. Galateaz Nereis. galatea Nerei filia. His reſecuta. verbis. rn̄dit. Crateide natā. Scyllā Phorci

Crathis.

et crateidis nymphe filiam. Crathis autem fluuius eſt Calabrie: cuius filia mater Scylle

Simethꝰ.

fuiſſe videtur. Nympha Simethide. Simethi fluuij filia. Et octonis: ſedecim annos natum Acim fuiſſe ſignificat. Dubia lanugine: adeo tenui: vt vix videretur: in dubioꝫ eſſet vtrum pubeſcere cepiſſet Acis. ❡ Nullo cum fine. ſine fine. ideſt vehementer. ❡ Nec ſi queſieris. vtrum maiori odio Cyclopem an amore Acidem proſequeret/ ignorat. Nec edam: nec edere: ⁊ dicere poſſim. Preſtantior maior: vehementior. Par vtrunꝫ fuit: equale vtrunꝫ fuit: ⁊ odium quo Cyclopem/ ⁊ amor quo Acidem proſeq̄batur Scylla. ❡ Impune. ſine pena. Omnes enim ad ſe veniētes interficiebat Polyphemus. Raſtris. pulchra emphaſis qua capillorum Polyphemi ⁊ magnitudo/ ⁊ denſitas innuitur: vt qui non pectinibus: ſed raſtris pecterentur. Et componere vultus: gratos efficere vultus et iucundos: vt amice poſſit

Telemus.

placere. Telephus interea. Telephus quidē legitur: ſed Telemus legendum eſſe facile ex Theocrito colligitur. Nam Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregiꝰ: qui Polyphemo predixit omnia quecunꝫ ab Vlyſſe paſſus eſt. Quem nulla fefellerat ales. auguriorum peritiſſimum Telemum fuiſſe oſtendit. Altera iam rapuit. Galatea. Ad id autem alludit quod ceci fingūtur eſſe amantes. Sic huiuſmodi dictis. Degrauat: deprimit. Prominet in pontum: topographia. Deſcribit enim promontorium poeta in quod ſe Polyphemus recepit. ❡ Prominet: procurrit. Cuneatus collis in cunei ſimilitudinem factus. Vtrunꝫ latus: et dextrum ⁊ ſiniſtrum. Huc: illuc. in illū collē. Mediuſꝫ reſedit: i medio. Qđ em̄ loci ē ad hoiez eſt relatū. Lanigere pecudes. pecora ⁊ oues.

Cui

Pulcher: ⁊ octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego: me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec ſi queſieris/ odium Cyclopis: amor'ne
Acidis in nobis fuerit preſtantior: edam.
Par vtrunꝫ fuit: proh quanta potentia regni
Eſt Venus alma tui: nempe ille immitis/ ⁊ ipſis
Horrendus ſyluis/ ⁊ viſus ab hoſpite nullo
Impune/ ⁊ magni cum dijs contemptor Olympi/
Quid ſit amor ſentit/ noſtriꝫ cupidine captus
Vritur oblitus pecorum/ antrorumꝫ ſuorum.
Iamꝫ tibi forme/ iamꝫ eſt tibi cura placendi.
Iam rigidos pectis raſtris Polypheme capillos.
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam:
Et ſpectare feros in aqua/ ⁊ componere vultus.
Cedis amor/ feritaſꝫ/ ſitiſꝫ immenſa cruoris
Ceſſant: ⁊ tute veniuntꝫ/ abeuntꝫ carine.
Telemus interea Siculum delatus in equor/
Telemus Eurymides: quem nulla fefellerat ales/
Terribilem Polyphemon adit: lumenꝫ/ qđ vnum
Fronte geris media: rapiet tibi dixit Vlyſſes.
Riſit: ⁊ o vatum ſtolidiſſime/ falleris (inquit)
Altera iam rapuit. ſic fruſtra vera monentem
Spernit: ⁊ aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat: aut feſſus ſub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: vtrūꝫ latus circumfluit equoris vnda.
Huc ferus aſcendit Cyclops: mediuſꝫ reſedit.
Lanigere pecudes nullo ducente ſecute.
Cui poſtquam pinus/ baculi que prebuit vſum:
Ante pedes poſita eſt antennis apta ferendis:
Sumptaꝫ arundinibus cōpacta eſt fiſtula centum.
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.
Senſerunt vnde. latitans ego rupe/ meiꝫ
Acidis in gremio reſidens: procul auribus hauſi
Talia dicta meis: auditaꝫ verba notaui.
Candidior folio niuei Galatea liguſtri:
Floridior prato: longa procerior alno:
Splendidior vitro: tenero laſciuior hedo:
Leuior aſſiduo detritis equore conchis:
Solibus hybernis: eſtiua gratior vmbra:
Nobilior pomis: platano conſpectior alta:

Lucidior



Lucidior glacie: matura dulcior vua:
Mollior ⁊ cygni plumis/ ⁊ lacte coacto:
Et ſi non fugias: riguo formoſior horto.
Seuior indomitis eadem Galatea iuuencis:
Durior annoſa quercu: fallacior vndis:
Lentior ⁊ ſalicis virgis/ ⁊ vitibus albis:
His immobilior ſcopulis: violentior amne:
Laudato pauone ſuperbior: acrior igni:
Aſperior tribulis: feta truculentior vrſa:
Surdior equoribus: calcato immitior hydro:
Et quod precipue (ſi poſſem) demere vellem:
Non tantum ceruo claris latratibus acto:
Verumetiam ventis/ volucriꝫ fugacior aura.
At bene ſi noris: pigeat fugiſſe: moraſꝫ
Ipſa tuas damnes: ⁊ me retinere labores.
Sunt mihi pars montis/ viuo pendentia ſaxo
Antra: quibus nec Sol medio ſentitur in eſtu:
Nec ſentitur hyems: ſunt poma grauantia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in vitibus vue:
Sunt ⁊ purpuree: tibi ⁊ has ſeruamus/ ⁊ illas:
Ipſa tuis manibus ſylueſtri nata ſub vmbra
Mollia fraga leges: ipſa autumnalia corna:
Prunaꝫ non ſolum nigro liuentia ſucco:
Verumetiam generoſa: nouaſꝫ imitantia ceras.
Nec tibi caſtance me coniuge: nec tibi deerunt
Arbutei fetus. omnis tibi ſeruiet arbos.
Hoc pecus oē meū eſt: multe quoꝫ vallibus errant.
Multas ſylua tegit: multe ſtabulantur in antris.
Nec (ſi forte roges) poſſem tibi dicere quot ſunt.
Pauperis eſt numerare pecus. de laudibus harum
Nil mihi credideris: preſens potes ipſa videre:
Vt vix circumeant diſtentum cruribus vber.
Sunt fetura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoꝫ par etas alijs in ouilibus hedi.
Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda
Seruatur: partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi delitie faciles: vulgataꝫ tantum
Munera contingent: dame/ leporeſꝫ/ capreꝫ:
Parꝫ columbarum: demptuſve cacumine nidus.
Inueni geminos/ qui tecum ludere poſſint/
Inter ſe ſimiles: vix vt dignoſcere poſſis:
Villoſe catulos in ſummis montibus Vrſe.

❡ Cui poſtꝙ pinus. per emphaſim quantus fuerit Polyphemus poeta oſtendit pinuz ꝑ baculo ei geſtendam attribuens: ex qua malus nauis commode fieri potuiſſet. Paſtoralia ſibila: paſtorales cantus. Hauſi: audiui.

Polyphemi cantilena.

Notaui: memorie commendaui. Candidior folio. cantilena Cyclopis laudes Galatee cōtinens tam aperte deſcribitur a poeta: vt nihil expoſitione indigere videatur. Sumpta

Liguſtruz.

autem ex Theocrito eſſe videtur. ❡ Niuei liguſtri: candidi floris. Eſt autem liguſtrū viole genus cādidiſſime. Videtur autem ad Galatee nomē alludere: quod a candore lactis illi inditum fuiſſe innuit Heſiodus: qui ait Galateam candidas comas ⁊ faciem lacti ſimilem habuiſſe. Procerior. longior atꝫ re-

Alnus.

ctior. Alno. alnus arbor eſt in ripis fluminū in magnam altitudinem creſcens. Leuior. leuigatior. Terſior. politior. ❡ Seuior indomitis. hactenus Galatee virtutes fuerunt enumerate: nunc vitia referuntur. Seuior: ferocior. Annoſa quercu: vetere: multoruz annorum. Fallacior vndis: mari quod in tēporis momento mutatur. Lentior: flexibilior: mutabilior. ❡ Aſperior tribulis. tribulus herba eſt ſpinoſa ſegetibus inimica. ❡ Truculentior: terribilior.

Tribulus.

❡ Feta vrſa: vrſa que peperit. ❡ Calcato hydro: preſſo ſerpente: qui maxime calcatus ſeuire ſolet. ❡ Demere: eripere. ❡ Fugacior: velocior ad fugiendum. ❡ At bene ſi noris me: ſubaudiamus. Enumerat autem Polyphemus omnia quecunꝫ ſibi adſunt bona: quo Galateam in ſuum pelliciat amorem. ❡ Labores: ſtudeas: ac nitaris. ❡ Pendentia antra. ſuſpenſe ⁊ alte ſpelunce. ❡ Sunt poma grauantia ramos deprimentia. Pomorum autem magnitudinem ſignificat Polyphemus: que tāta ſunt: vt ramos degrauent. ❡ Auro ſimiles flaue: bene mature: tunc enim ſunt aurei coloris. ❡ Mollia fraga: ſuauia. ❡ Leges. colliges. ❡ Autumnalia corna. autumni tempore matureſcentia. Corna autem ſunt bacce rubicū-

Corna.

de in medio nucleum duriſſimum habentes vnde Vergil. Lapidoſaꝫ corna. Verum etiā generoſa: aurei ac crocei coloris nouiſꝫ ceris ſimillima ❡ Arbutei fetus. arbuti fructꝰ.

Arbutus.

Eſt autem arbutus humilis arbor poma ferens rubicūda. ❡ Hoc pecus omne meum.

Caprilia.

he omnes mee ſunt oues. ❡ Circūeant. circū-

Ouilia.

ire et ingredi poſſint. Eſt autem ordo. Tu ipſa preſens potes videre diſtentum vber in

Alibi ſuſtineant.

cruribus: vt vix circūeant. Qđ vero quidam ſuſtineant potius ꝙ circūeant putant eſſe legendum: ſpecie recti vt in pleriſꝫ alijs decipiuntur. ❡ Diſtentum vber. plena vbera. Significat autem ingreſſum ouium magnitudine vberum impediri. ❡ Alijs in ouilibꝰ hedi. in alijs ſtabulis que a capris caprilia: vt

Domina.

ab ouibus ouilia vocantur. ❡ Durant: cōdēſant in caſeum. Delitie faciles: que facile haberi poſſunt. ❡ Vulgata munera: vulgaria dona. quales ſunt dame: lepores: capre: columbe. ❡ Demptuſꝫ cacumine nidus. de arboris ſummitate acceptus. ❡ Inueni geminos. hec ſunt illa munera: que non eſſe vulgaria Polyphemus ait. ❡ Domine amice. Amatores nanꝫ amicas appellare dominas ſolent. Tibullus. Quam iuuat immitis ventos audire cubantem. Et dominam tenero continuiſſe ſinu. ❡ Exere: emitte. ❡ Certe ego me noui. ſe quoꝫ formoſum eſſe colligit

polyphemus. ¶ Quantus, quam magnus. ¶ Neſcio quem regnare Jouem. cum quodam contemptu hoc ait Polyphemus: vt qui ab omni religione eſſet alienus. ¶ Nec mea qđ duris horrent denſiſſima ſetis. hypallage eſt. Nam dura corpora dēſiſſimis ſetis intelliguntur horrere. Colligit autē multis ſimilitudinib⁹ Polyphem⁹ pilos ⁊ ſetas potius ſibi decori q̃ dedecori eſſe. ¶ Velēt: tegant. Hirte ſete: erecte. ¶ Unum eſt media lumen mihi fronte. hypophore et obiectioni que fieri poſſet occurrit Polyphemus: faterurq; vnum quidem duntaxat oculum habere: ſed ita magnum: vt par duobus eſſe poſſit. ¶ Sed inſtar. ad magnitudinem et ſimilitudinem magni ſcuti. ¶ Quid? non hec omnia magno. exemplo Solis Polyphemus oſtendit vnicum oculum ſibi ornamento eſſe cum ſol qui omnia videt / vno ſit oculo contentus. ¶ Meus genitor. Neptunus. ¶ In veſtro equore: vbi vos viuitis o Nereides. Tibi enim ſuccumbimus vni: ſubijcimus nos tibi ſoli. ¶ Sperne contēne. ¶ Nerei. Galatea Nerei filia. Eſt enim vocandi caſus.
¶ Huius contemptus. quo me ſpernis.
¶ Patientior. tolerantior.
¶ Placeatq; ſibi. pulcher ſibi videatur: ſuaq; forma ſuperbus ſit.
¶ Modo copia detur. modo ipſum comprehendere poſſim. Hec autem cum maxima indignatione a Polyphemo iactata fuere.
¶ Sentiet eſſe mihi. hoc eſt cognoſcet me ꝑ menſura tam magni corporis vires habere.
¶ Traham. extraham.
¶ Diuulſa. diſcerpta.
Miſcere. ¶ Si ſe tibi miſceat: ſi tecum coeat: atq; concumbat.
¶ Uror. crucior.
Ereſtuare. ¶ Leſus ignis offenſus amor.
¶ Ereſtuat. feruet: inflammatur.
¶ Acrior. acrius et vehementius. Nomen enim pro aduerbio ponitur.
Uires Etne. ¶ Cum ſuis viribus. cum ſuis ignibus. Uires enim Etne incendia ſunt aſſidua.
¶ Moueris. commoueris ad miſericordiā: vt mihi morem geras.
¶ Ferus. terribilis.
¶ Ignaros. neſcios vos videri: eoq; ſecuros.
¶ Veneris veſtre. veſtre voluptatis.
¶ Veſtris regnis. in veſtra aquarum regna.
¶ Quamuis extremus angulus: quamuis vltima pars anguli. Hinc vero colligitur q̃ magnū fuerit illud ſaxum: quod in Acim Polyphemus iecit.
¶ Obruit. texuit: cooperuit.
¶ Per fata: permittentibus fatis.
Acis. ¶ Uires auitas: vires Simethi fluuij: vt in fluuium conuerteretur. Hoc autem idcirco fictum eſt: quia Acis fluuius eſt Sicilie ex Etna monte decurrens tanto impetu: vt inde fuerit appellatus. Nam Acis ſagitta interpretatur.
¶ Tum moles tacta dehiſcit. tum rupes percuſſa aperitur.
¶ Properataq; ſurgit arūdo. properata quidem legitur: ſed procera: hoc eſt recta ⁊ longa: arundini magis conuenire videtur. Tametſi properata: pro properanter ac feſtināter nata intelligi poſſit.
¶ Extitit. extra ſtetit.
¶ Incinctus iuuenis flexis: ſic quidē legitur:

Inueni: et dixi / domine ſeruabimus iſtos.
Jam modo ceruleo nitidum caput exere ponto:
Jam Galatea veni: nec munera deſpice noſtra.
Certe ego me noui: liquideq; in imagine vidi
Nuper aque: placuitq; mihi mea forma videnti.
Aſpice ſim quantus: non eſt hoc corpore maior
Jupiter in celo (nam vos narrare ſoletis
Neſcio quē regnare Jouem) coma plurima toruos
Prominet in vultus: humeroſq; vt lucus obūbrat.
Nec mea ꝙ duris horrent dēſiſſima ſetis
Corpora / turpe puta. turpis ſine frondibus arbor.
Turpis equus: niſi colla iube flauentia velent.
Pluma tegit volucres. ouibus ſua lana decori eſt.
Barba viros / hirteq; decent in corpore ſete:
Unum eſt in media lumen mihi fronte: ſed inſtar
Ingentis clypei. quid? non hec omnia magno
Sol videt e celo? Solis tamen vnicus orbis.
Adde / ꝙ in veſtro genitor meus equore regnat.
Hunc tibi do ſocerum: tantum miſerere / preceſq;
Supplicis exaudi: tibi enim ſuccumbimus vni.
Quiq; Jouem / ⁊ celū ſperno / ⁊ penetrabile fulmē /
Nerei te vereor: tua fulmine ſeuior ira eſt.
Atq; ego contemptus eſſem patientior huius:
Si fugeres omnes: ſed cur Cyclope repulſo
Acin amas? preferſq; meis amplexibus Acin?
Jlle tamen placeatq; ſibi / placeatq; / licebit:
Quod nollem Galatea tibi: modo copia detur:
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore vires.
Viſcera viua traham: diuulſaq; membra per agros /
Perq; tuas ſpargam / ſi ſe tibi miſceat vndas.
Uror enim: leſuſq; exeſtuat acrior ignis:
Cumq; ſuis videor tranſlatam viribus Etnam
Pectore ferre meo: nec tu Galatea moueris.
Talia nequicquam queſtus (nam cuncta videbam)
Surgit / ⁊ vt taurus vacca furibundus adempta /
Stare nequit: ſyluaq; / ⁊ notis ſaltibus errat:
Cum ferus ignaros / nec quicquam tale timentes
Me videt / atq; Acin: videoq; exclamat: ⁊ iſta
Ultima ſit / faciam Veneris concordia veſtre.
Tātaq; vox / quantam Cyclops iratus habere
Debuit / illa fuit. clamore perhorruit Etna.
Aſt ego vicino pauefacta ſub equore mergor.





Terga fuge dederat conuerſa Simethius heros.
Et fer opem Galatea (precor) mihi ferte parentes.
Dixerat: ⁊ veſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur Cyclops: partemq; e monte reuulſam
Mittit: ⁊ extremus quamuis peruenit ad illum
Angulus e ſaxo: totum tamen obruit Acin.

¶ Acis in fluuium.

Saxea Cyclopis quem moles obruit Acis /
Priſtina adhuc factus nomina flumen habet.

At nos quod fieri ſolum per fata licebat:
Fecimus: vt vires aſſumeret Acis auitas.
Puniceus de mole cruor manabat: ⁊ intra
Temporis exiguum rubor euaneſcere cepit.
Fitq; color primo turbati fluminis imbre:
Purgaturq; mora: tum moles tacta dehiſcit:
Viuaq; per imas / properataq; ſurgit arundo:
Oſq; cauum ſaxi ſonat exultantibus vndis.
Miraq; res / ſubito media tenus extitit aluo
Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis.
Qui / niſi ꝙ maior: ꝙ toto cerulus ore eſt:
Acis erat: ⁊ ſic quoq; erat tamen Acis in amnem
Verſus: ⁊ antiquum tenuerunt flumina nomen.
¶ Deſierat Galatea loqui: cetuq; ſoluto
Diſcedunt: placidiſq; natant Nereides vndis.
Scylla redit (neq; enim medio ſe credere ponto
Audet) ⁊ aut bibula ſine veſtibus errat harena:
Aut / vbi laſſata eſt: ſeductos nacta receſſus
Gurgitis: incluſa ſua membra refrigerat vnda.

¶ Glaucus in deum marinum.

Retibus officium fuerat cui ducere piſces:
Nunc deus eſt Glaucus / quem dedit herba mari.

Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboica verſis Anthedone membris
Glaucus adeſt: viſeq; cupidine virginis ardet.
Et quecunq; putat fugientem poſſe morari
Verba refert. fugit illa tamen / veloxq; timore
Peruenit in ſummum poſiti prope littora montis.
Ante fretum eſt ingens apicem coniectus in vnum
Longa ſub arboribus conuexus ad equora vertex.
Conſtitit hic: ⁊ tuta loco monſtrum ne / deus ne
Ille ſit ignorans: admiraturq; colorem /
Ceſariemq; / humeros / ſubiectaq; terga tegentem:
Ultimaq; excipiat quod tortilis inguina piſcis
Senſit: ⁊ innitens / que ſtabat proxima moli:

tur: ſed inflexis forſitan ⁊ cinctus ſic ē legendum: vt vtrumq; in alterius locum transferatur: hoc modo. Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis. Nam fluuiorum dij cornua habere finguntur: qđ boū ſimiles eſſe dicuntur: et propter ſtrepitum: et propter circumflexiones: quas cornua vocant. Cincta autem cornua cannis idcirco habere finguntur: ꝙ fere in ripis fluminum arundines naſcuntur. ¶ Ceruleus. niger.
¶ Et antiquum tenuerunt flumina nomen. Acis namq; fluuius ille fuit appellatus.

¶ Fabule octaue decimitertij libri Argumentum.

Lactātius. ¶ Deſierat Galatea loqui: cetuq; ſoluto ꝛc. Glaucus Anthedonis filius piſcator cum ſpecioſos piſces cepiſſet / et eos vellet recentiſſimos in vrbem ferre: in opaco loco proximo mari eos dum requieſceret: ac retia ſiccarentur / ſub recentiſſimam herbam expoſuit: at illi vigore eius / ſuccoq; contacti recuperato ſpiritu quem amiſerant / miſerunt ſe in profundum. At Glaucus experrectus exiſtimans vim quandam diuinitatis eſſe in herba: ipſe quoq; ieiunium polluit: alienatuſq; mente ex alto ſe precipitauit in pelagus. ſed inter deos marinos receptus: qui vt Scyllam gratethydis filiam eodem mari verſantem conſpexit: pulchritudine eius accenſus eſt: quem ne alloqui poſſit mari recondita eſt.

Raphael. ☞ Deſierat Galatea loq. finē ſermoni ſuo impoſuerat galatea. hec aūt ad connectēdā cū ſupiorib⁹ Glauci trāſfigurationē a poeta narratur. Nā Glaucus Anthedōis fili⁹ piſcator cum eſſet / forte piſces captos in prato expoſuit: qui cū in mare reſiliuiſſent vt cauſam hui⁹ rei cognoſceret: dētibus cepit illas herbas mādere / in q̇b⁹ iacuerāt piſces. Sed ſtatim mutata natura ſe in mare precipitauit: quē dij miſerati in deū marinū: ſiue (vt Strabo refert) in balenā trāſmutarunt: Glaucum aūt piſcē inde fuiſſe denominatū aiunt. Qđ quidē idcirco fictum fuiſſe Palephatus ait: quia Glaucus optimus fuit vrinator / qui cū ſub aqua nataret / ad iſulā quādā cultoribus vacuam / indeq; poſt tres ampliuſve dies rediens / ſe apud marinos deos fuiſſe profitebatur. Sicq; rudibus tunc hominibus facile perſuaſit ſe marinum deum fuiſſe effectū.

Glauc⁹ in deū marinum.

Legitur et Incinctus iuuenis flexis. ꝛc.

¶ Scylla redit. ad littus reuertitur e mari.
¶ Seductos receſſus gurgitis. ſecretos ſinus. ¶ Nouus inco. Glaucus qui paulo ante in deum marinum fuerat commutatus.

Tres glauci. Fuerunt autem tres Glauci poetarū carminibus clari. Is q̇ in deum marinum fuit cōuerſus: et quem in Iliados ſexto ſcribit Homerus cum ferreis Diomedis armis ſua aurea permutaſſe: ⁊ quem narrat Vergilius in georgicis ob contemptam Venerem dentibus ſuarum equarum fuiſſe laniatum. Fuit et Glaucus Cariſtius pugil: de quo Pauſanias: ⁊ Glaucus Minois filius / qui cum in dolium mellis cecidiſſet: extinctus opere Eſculapij reuixit. de quo Hyginus. Eſt etiā Glaucus Lycie ⁊ ſinus ⁊ fluuius: vt Strabo ⁊ Plyn. narrant. ¶ In Euboica Anthedone

Anthedon. Anthedon vrbs ē Beotie maritima ab Anthedone dij ⁊ Alces Abātis filio denominata: vel quod omniū ſit ανθηροτατη, ideſt floridiſſima. Eſt ⁊ alia eodē nomīe iuxta Gazam itidem maritima: vnde Anthedonius:

Non ego prodigium: nec ſum fera bellua virgo:
Sed deus (inquit) aque. nec maius ī equore Proteꝰ
Jus habet/ ꝛ Triton/ Athamantiadeſqꝫ Palemon.
Ante tamen mortalis eram: ſed ſcilicet altis
Deditus equoribus: tantum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar arūdine linum.
Sunt viridi prato confinia littora: quorum
Altera pars vndis: pars altera cingitur herbis.
Quas neqꝫ cornigere morſu leſere iuuence:
Nec placide carpſiſtis oues: hirteve capelle.
Non apis inde tulit collectos ſedula flores:
Non data ſunt capiti genialia ſerta: nec vnꝙ
Falcifere ſecuere manus. ego primus in illo
Ceſpite conſedi: dum lina madentia ſicco.
Utqꝫ recenſerem captiuos ordine piſces
Inſuper expoſui: quos aut in retia caſus/
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis ficte: ſed quid mihi fingere prodeſt?
Gramine contacto cepit mea preda moueri:
Et motare latus: terraqꝫ vt in equore niti.
Dumqꝫ moror: miororqꝫ ſimul: fugit oīs in vndas
Turba ſuas: dominūqꝫ nouum/ littuſqꝫ relinquunt
Obſtupui: dubitoqꝫ diu: cauſamqꝫ requiro:
Num deus hoc aliquis/ num ſuccus fecerit herbe:
Que tamē has inquam vires habet herba? manuqꝫ
Pabula decerpſi: decerptaqꝫ dente momordi.
Uix bene combiberant ignotos guttura ſuccos:
Cum ſubito trepidare intus precordia ſenſi:
Alteriuſqꝫ rapi nature pectus amore.
Nec potui reſtare diu: repetendaqꝫ nunꝙ
Terra vale dixi: corpuſqꝫ ſub equora merſi.
Dij maris exceptum ſocio dignantur honore:
Utqꝫ mihi quecunqꝫ feram mortalia/ demant:
Oceanūqꝫ/ Tethynqꝫ rogant. ego luſtror ab illis:
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum.
Nec mora: diuerſis lapſi de partibus amnes:
Totaqꝫ vertuntur ſupra caput equora noſtrum.
Que poſtꝙ redeunt: alium me corpore toto
Ac fueram nuper: nec eundem mente recepi.
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre.

Eſt etiam portus Anthedonius. ¶ Euboica quia Euboea Boetie adiacet. ¶ Morari. remorari retinere. ¶ In ſummum. in ſummitatem ꝛ cacumen. ¶ In vnum apicem. in vnū cacumen. ¶ Coniectus. coactus. ¶ Conuexus. inclinatus. Locum autem deſcribit precipitio accommodatum. ¶ Ad equora. in mare verſus. ¶ Tortilis piſcis. qui ſe facile torquet. ¶ Ultima inguina. vltimam inguinum partem. Ad id autē alludit poeta quod Strabo ait glaucum in balenam fuiſſe trāſfiguratum. ¶ Senſit. animaduertit Glaucus eam mirari/ et addubitare vtrum deus an monſtrum eſſet. ¶ Et innitens moli. adherens rupi/ et ſaxo. ¶ Non ego prodigium. monſtrum. ¶ Sed deus aque. ſꝫ deus marinus. ¶ Maius ius. maiorem potentiam. ¶ Sed ſcilicet altis deditus equoribus. ſed piſcandi in mari ſtudioſus. Significat enim Glaucus ſe fuiſſe piſcatorem.
¶ Tantum. ſolum. ¶ Nam modo ducebam. interdum inquit Glaucus retibus. interduꝫ hamis piſces capiebam. ¶ Ducebam. trahebam. ¶ Linum. hami lineam. ¶ Sunt viridi prato. topographia et loci deſcriptio. ¶ Morſu leſere. depauere. ¶ Genialia ſerta. genio ac voluptati conuenientes coronas. ¶ In illo ceſpite. in illo herboſo littore. Ceſpes enim dicitur terra cum propria herba auulſa. ¶ Recenſerem. dinumerarem. ¶ Captiuos. captos. ¶ Lina madentia. retia madefacta per metonymiam.

Genialia ſerta.
Ceſpes.

¶ Inſup. deſuper. ſuperne ¶ Egerat. impulerat. ¶ Res ſimilis ficte. videbitur ſubaudiendum. ¶ Sed quid mihi fingere prodeſt? ac ſi diceret. Nullam habeo cauſam cūr fingere debeam. ¶ Gramine herba.
¶ Mea preda. capti piſces: iamqꝫ mortui.
¶ Niti. ſalire. ſalientes enim niti ſolent: vt longiores edant ſaltus.
¶ Motare. frequenter mouere.
¶ Dumqꝫ moror miororqꝫ ſimul. agnominatio lepida. ¶ Has vires. tantam vim vt mortuos piſces viuos efficere poſſit.
¶ Trepidare. ſalire: moueri. ¶ Pectus rapi. animum teneri. ¶ Alterius nature. equoris ac piſcis. ¶ Reſtare. reſiſtere amori et cupiditati alterius nature. ¶ Socio honore. nam me quoqꝫ in ſuum numerum admiſerunt. ¶ Feram. habeam. ¶ Demant. auferant. ¶ Luſtror purgor. ¶ Nefas. impietatē/ humanamqꝫ infirmitatem.
¶ Supponere. ſubijcere. ¶ De diuerſis partibus. de diuerſis regionibus.
¶ Que poſtꝙ redeunt. poſtꝙ inquit fluuij equoraqꝫ a me receſſerunt: alium me eſſe percepi: ꝙ pauloante fueram. Recepi percepi.
¶ Nec eundem mente. nam mentem quoqꝫ mutaueram.
¶ Acta memoranda. facta memoria digna.
¶ Uiridem ferrugine. ceruleam et ſubnigrā. Ferrugo namqꝫ eſt (vt Seruius exponit) purpura nigrior. Unde Uergilius. Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.
¶ Uerro. traho. ¶ Cruraqꝫ pinnigero. crura ſua ait Glaucus in piſcis quidem caudam fuiſſe transformata. ¶ Curuata. cum inflexione quadam mutata.
¶ Pinnigero piſce. in piſcē pinnas habētē.
¶ Non tangeris. non moueris.
¶ Furit. in furorem ſtimulatur.
¶ Irritatus. indignatus: ira inflammatus.

Reſtare.

Ferrugo.

Prodigioſa.

Hactenus



Hactenus et memini: nec mens mea cetera ſenſit.
Hanc ego tum primū viridem ferrugine barbam/
Ceſariemqꝫ meam/ quam longa per equora verro:
Ingenteſqꝫ humeros/ et cerula brachia vidi:
Cruraqꝫ pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tñ hec ſpecies? quid dijs placuiſſe marinis?
Quid iuuat eſſe deum? ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem: dicturum plura reliquit
Scylla deum: furit ille: irritatuſqꝫ repulſa
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

¶ Prodigioſa atria. edes mōſtrorum plenas. Homines nanqꝫ multi in feras varias mutati illic detinebantur. ¶ Titanidos Circes. Titani. hoc eſt ſolis filie.
¶ Fabule. j. libri quartidecimi Argumentū.
¶ Iāqꝫ gigāteis ꝛc. Glaucus Anthedoniꝰ ſupradictꝰ Scyllā circa Siciliā cōſpicatus dū adamaſſet: et qꝛ nollet ſequi ſappetētē: venit ad Circē/ obſecrās remedia vt amāti ſuccurreret: quem illa nō leui cupiditate capta nequiēs a propoſito retardare amorē indicit dicēs ꝙ eſſet: ꝙ ſibi preferret. Inſtructa enim Hecates carminibꝰ venit i locū i quo ſcylla ablui cōſueuiſſet: veneniſqꝫ imbuit: qbꝰ illa tenuſpube canibꝰ ē efferata: vt amātibꝰ odio ac timori eſſet. Qđ ob factum illa poſtea in Ulyſſem amatum ab ea exercuit ſeuitiaꝫ: qđ Glaucus factum hoc a Circe dolenter tulit.

Lactātius.

¶ Raphaelis regij in decimūquartū Metamorphoſeos Ouidij librū Enarrationes.
Iamqꝫ gigāteis ꝛc. Glaucꝰ cū a Scylla fuiſſet ſpretꝰ/ ſe ad Circē ſolis filiā herbis: carminibuſqꝫ potētiſſimā cōtulit: eāqꝫ rogauit vt ſibi opē ferret: efficeretqꝫ carminibꝰ vt a Scylla redamaretur. Sed Circe illiꝰ ſtatim amore capta ipſum in ſuos amplexꝰ pellicere tentauit: a quo ſpreta cū fuiſſet: oēm indignationē in Scyllā cōuertit: ac ſinū quendā in quē deſcēdere Scylla ipſa cōſueuerat/ venenis infecit: qbꝰ pubetenꝰ in varia mōſtra cōuerſa/ cū ſibimet ipſi diſpliceret: in fretum Siculum deſiluit: vbi cum alios/ tum in Circes odiuꝫ Ulyſſis ſocios ſubmerſit: ac forſitan etiam Enee ſtruxiſſet inſidias: niſi iam in ſaxū fuiſſet cōuerſa: quod etiamnum a nautis vitatur. Giganteis faucibus. capitibus gigantum: qui oppreſſi Etna dicūtur. Quid raſtra. ſint verbū quod ſepe eleganter pretermittitur ſubaudiatur. ¶ Neſcia. arua nāqꝫ illa nunꝙ fuerant arata. Euboicus cultor. Glaucus Anthedoniꝰ. Tumidarū aquarum. periphraſis eſt maris. Liquerat ꝛ Zanclen. Zancle vt in ſuperiore diximus libro: eadem eſſe cum Meſſena videtur. Aduerſaqꝫ menia Rhegi. Rhegiuꝫ e regione Meſſene ſitum eſſe ſignificat. Rhegium aūt eſt vrbs in finibus Calabrie vbi Sicilia ab Italia diſtracta fuiſſe memorat. Unde ꝛ Rhegium: απο του ριγνυσθαι dictum eſt: hoc eſt ab abrumpendo: ꝙ eo in loco Sicilia ab Italia fuerit abrupta: vt Plinius tradit. Naufragūqꝫ fretum. in quo multa fiunt naufragia. Nā a nauibꝰ frāgēdis naufragiū cōponit: qđ nomē cū ſit hoc loco quatuor ſyllabaruꝫ: corrupte fere tribꝰ effertur. Preſſum: anguſtatū. Gemino littore. duobꝰ littoribꝰ Italico: ꝛ Siculo. Auſonie Siculeqꝫ tꝫ cōfinia. freto/ nāqꝫ Sicilia ab Italia diſterminat. Inde a freto. Nā mare inferū: qđ ꝛ Tyrrhenū vocat: vſqꝫ ad fretū protendit. Herbiferos colles. Circeū ſignificat/ in quo mōte Circe dicit habitaſſe: ꝙ hoīes carminibꝰ/ ſucciſqꝫ herbarū in feras cōuertebat. Simul. poſtquā. Modo dūmodo. Leuare. leuē facere. ¶ Titani. o Circe filia Titanis ꝛ ſolis. Cognitiꝰ. notius. Qui ſuꝫ mutatꝰ. cauſam exponit: cur nulli ſit notiꝰ quāta ſit herbaꝝ potētia ꝙ ſibi: qꝛ inqt ab illis ſum ꝯuerſus ex hoīe ī deū marinum. Mei furoris. amoris tā vehemētiſ. Meſſenia menia ꝯtra. e regione Meſſene vrbis/ quā ꝛ Zāclē appellatā fuiſſe diximꝰ: ē aūt anaſtrophe/ ꝑpoſitio nāqꝫ ꝙ ꝑponi dꝫ poſtpoſita eſt. ¶ Menia. Menia a muniendo dicta. Ueteres enī oē ꝛ u indifferēter ponebāt. Et ꝓprie dicunt ꝙ vrbem cingūt. Uergil. Et menia pādimus vrbis. Nec vrbiū tantū ſunt: ſed etiaꝫ munitionū/ caſtrorū/ ꝛ alioꝝ edificioꝝ. plau. Probibētqꝫ menia alia vñ ego fungar mea. Hinc fit ſubmeniū/ quod eſt ſub menibus.

Raphael.

Scylla in monſtrum

Rhegium.

Naufragium.

Circeum.

Ouid.

¶ Publij Ouidij Naſonis Metamorphoſeos Liber Decimuſquartus.



Iamqꝫ gigāteis iniectā faucibus Etnā:
Aruaqꝫ Cyclopum: quid raſtra/ quid vſus aratri
Neſcia: nec quicꝙ iunctis debentia bobus:
Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat ꝛ Zanclen: aduerſaqꝫ menia Rhegij:
Nauifragumqꝫ fretū: gemino quod littore preſſum
Auſonie/ Siculeqꝫ tenet confinia terre.
Inde manu magna Tyrrhena per equora vectus:
Herbiferros adijt colles/ atqꝫ atria Glaucus
Sole ſate Circes variarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit dicta/ acceptaqꝫ ſalute:
Diua dei miſerere/ precor: nam ſola leuare
Tu potes hunc dixit (videar modo dignus) amorē.
Quanta ſit herbarum Titani potentia nulli/
Quam mihi cognitius: qui ſum mutatus ab illis.

Raphael. ☞ Pudor eſt referre.me pudet tibi narrare.blanditijs namq; vſus erat Glaucus deo non conuenientibus. ¶ Aliquod regnū. aliqua potentia.
Egna. ¶ Carmen. Carmen quaſi canimen a canendo dici poteſt/quidquid eſt metrice ſcriptū. Unde Uergil. verſum vnum carmen dixit. Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter cū ait. Tumulo ſuperaddite carmen. Tota inſuper Eneis heroicum carmen dicitur/⁊ carmen bucolicum/vt Tale tuum carmen ⁊c. Quādoq; carmen dicitur incantatio: vt carmina vel celo poſſunt deducere lunā.ſꝫ nō hic
Raphael. ☞ Expugnatior.potentior/ ad expugnandum et vincendum. Operoſe.efficacis. ¶ Fineq; nil.quia nihil opus eſt fine.hoc eſt nolo vt amori meo finis imponatur. Partem ferat illa caloris.hoc eſt illa quoq; mei amore capiatur: Uellet enim Glaucus efficeret Circe/vt a Scylla redamaretur. ¶ Ingeniū aptius.naturam aptiorem et inclinatiorem. ¶ Talibus flāmmis.talibus amoribus. In ipſa.in ipſius voluntate ad amores/ libidinemq; prona. ¶ Indi. pa. indicio ſolis/ qui illius cū Marte cōcubitū Uulcano indicanit: quare Uenus indignata oēm ſolis progeniē turpiſſimis amoribus inquinauit. Uolentē.me ſubaudiamus. ¶ Pariliqꝫ cupidine.pari ordine. ¶ Dignus eras.vltro poteras rogari. Sponte inquit ob pulchritudinē tuam poteras/ac debebas a Scylla rogari. ¶ Adſitqꝫ tue fiducia forme. hoc eſt tue pulchritudini confide. ¶ Uoueo.votis expto. Hic autem oſtendit Glaucum ſingulari quadam pulchritudine fuiſſe ornatum. ¶ Spernētē. Scyllā.ſequēti redde vices.me viciſſim ſequere/ac redama. Unoqꝫ duas vlciſcere facto.⁊ me que tibi ea que rogaſti/cōcedere nolo/⁊ Scyllam que te eſt aſpernata. ¶ Prius in equore.ante rerū natura cōmutabitur: ꝙ ego ab amanda Scylla deſiſtam.
Uero. ¶ Frondes.arbores: quia hic pars pro toto per ſynecdochē frequēter vſurpatur.
Frondes quid. ¶ Frondes. Niſi vero hic per ſynecdochen ſumitur: frondes pro arboribus proprie eſt: ſed folia tam arborum ꝙ herbarum et florū
Frondes vnde. et dicitur frons a fero: ꝙ frōdes arborū huc atqꝫ illuc a vento ferantur.
☞ Alge.herbe ſunt maris peculiares alge.
Raphael. Soſpite Scylla.incolumi ⁊ viua. Quatinus
Alga. qm̄. Quaten⁹ vero iquātū ſignificat. Ledere
Quatin⁹. non poterat.deus enim erat. ¶ Amans.cau
Quaten⁹. ſa cur nollet: quia amans. ¶ Rep. Ue. ꝓpter coitus repulſam. ¶ Infa. pabula. infames herbas propter nocumēta. ¶ Hecateia car. incantationes ab Hecate matre acceptas. ¶ Ceru.vela.ceruleas veſtes et nigras.
Fretum. ¶ Proceſ.exceſſit. ¶ Fer. eſti.vn. periphraſis eſt freti: quod a feruendo eſt dictum. Significat autē Scyllam pedibus fretū fuiſſe ingreſſam. ¶ Po.veſti.ingreditur. ¶ Sum. dec.hoc eſt per ſummitatē maris currit ſiccis pedibus: ꝙ niſi eſſet dea: maxime mirandum foret. ¶ Paruus erat gurges.gurgitē deſcribit in quo ſe lauare ſolebat Scylla glauci amica. ¶ Medio cum plurimus orbe Sol erat.periphraſis ē meridiei. ¶ Medio orbe.medio celo. ¶ Preuitiat: ante inficit precorrumpit. ¶ Portentificis venenis.portenta ac monſtra facientibus. ¶ Inquinat: inficit. ¶ Preſſos latices.ſuccos expreſſos ex herbis noxijs.

Neve mei non nota tibi ſit cauſa furoris.
Littore in Italico Meſſenia menia contra
Scylla mihi viſa eſt.pudor eſt promiſſa/preceſq;/
Blanditiaſq; meas/contemptaq; verba referre.
At tu ſiue aliquod regnum eſt in carmine/carmen
Ore moue ſacro: ſiue expugnatior herba eſt:
Utere tentatis operoſe viribus herbe:
Nec medeare mihi/ſaneſq; hec vulnera mando:
Fineq; nil opus eſt: partem ferat illa caloris.
At Circe (neq; enim flammis habet aptius vlla
Talibus ingenium: ſeu cauſa eſt huius in ipſa:
Seu Uenus indicio facit hoc offenſa paterno)
Talia verba refert.melius ſequerere volentem/
Optantemq; eadem: pariliq; cupidine captam.
Dignus eras vltro: poteras certeq; rogari:
Et ſi ſpem dederis (mihi crede) rogaberis vltro.
Ne dubites: adſitq; tue fiducia forme.
En ego cum dea ſim: nitidi cum filia Solis:
Carmine cū tātū/quantum quoq; gramine poſſim:
Ut tua ſim/voueo: ſpernentem ſperne: ſequenti
Redde vices: vnoq; duas vlciſcere facto.
Talia tentanti: prius inquit in equore frondes
Glaucus/et in ſummis naſcentur montibus alge/
Soſpite ꝙ Scylla noſtri mutentur amores.
Indignata dea eſt: et ledere quatenus ipſum
Non poterat/nec vellet amans/iraſcitur illi:
Que ſibi prelata eſt/Ueneriſq; offenſa repulſa:
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit: ⁊ tritis Hecateia carmina miſcet:
Ceruleaq; induitur velamina: perq; ferarum
Agmen adulantum media proceſſit ab aula:
Oppoſitumq; petens contra zancleia ſaxa
Rhegion ingreditur: ferueteſq; eſtibus vndas:
In quibus/vt ſolida ponit veſtigia terra:
Summaq; decurrit pedibus ſuper equora ſiccis:
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus/
Grata quies Scylle: quo ſe referebat ab eſtu
Et maris/⁊ celi/medio cum plurimus orbe
Sol erat: ⁊ minimas a vertice fecerat vmbras.
Hunc Dea preuitiat: portentificiſq; venenis
Inquinat.hic preſſos latices radice nocenti
Spargit: ⁊ obſcurum verborū ambage nouorum

Magico Ter nouies



Ter nouies carmen magico demurmurat ore.

¶ Scylle inguina in canes.

Quod Circea meo connubia Glaucus amore
Sprevit: ob hoc fiunt inguina noſtra canes.

Scylla venit: mediaq; tenus deſcenderat aluo:
Cum ſua fedari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit: ac primo non credens corporis illas
Eſſe ſui partes: refugitq;/abigitq;/timetq;
Ora proterua canum. ſed quos fugit/attrahit vna:
Et corpus querens femorum/crurumq;/ pedumq;/
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies/ſubiectaq; terga ferarum
Inguinibus truncis/vteroq; extante coercet.

¶ Scylla in ſcopulum.

Que Laertiadem ſpoliauit Scylla carinis:
Nunc ſcopulus facta eſt: effuge/nauta vorat.

¶ Fleuit amans Glaucus: nimiumq; hoſtiliter vſe
Uiribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit: cumq; eſt data copia primum
In Circes odium ſocijs ſpoliauit Ulyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas:
Ni prius in ſcopulum/qui nunc quoq; ſaxeus extat:
Transformata foret: ſcopulum quoq; nauita vitat.
¶ Hūc vbi Troiane remis/auidamq; Charybdim
Euicere rates: cum iam prope littus adeſſent
Auſonium: Lybicas vento referuntur ad oras.
Excipit Enean illic animoq;/domoq;/
Non bene diſſidium Phrygij latura mariti
Sidonis: ineq; pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro: deceptaq; decipit omnes.
Rurſus harenoſe fugiens noua menia terre/
Ad ſedes Erycis/fidumq; relatus Aceſten/
Sacrificat: tumulumq; ſui genitoris honorat.
Quaſq; rates Iris Iunonia pene cremarat/
Soluit: ⁊ Hippotade regnum/terraſq; calenti
Sulfure fumantes/Acheloidumq; relinquit
Sirenum ſcopulos/orbataq; preſide pinus

¶ Cercopes in ſimias.

Cercopum omnipotens dum corda peroſus/et artes:
Mutauit hos in ſimias.

Inarimen/Prochytenq; legit: ſteriliq; locatas
Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudē/⁊ periuria quondā
Cercopum exoſus/gentiſq; admiſſa doloſe/
In deforme viros animal mutauit: vt ijdem

¶ Magico ore.hypallage eſt. Magicū em̄ carmen accipimus. Demurmurat: deorſum murmurat. Fedari: deturpari. Abigit: depellit manibus. ora proterua.improba/rabida. Corpus fe.carnē ac pulpā ſummarū coxarū. Femora em̄ ſummitates coxarū dñr/ac pro
Femora. inguinibus ponunt: vñ femoralia declinant
Femoralia. quibus pudēda teguntur. Cerbereos rictus ora canū Cerbero ſimilium. ¶ Stat: horret. Inguinibus trūcis.mutilatis.nā inguina in canes fuerāt cōuerſa. Utero extāte.eminente ventre. Coercet: cōtinet/comprimit.
Lactātius. ¶ Fabule.ij. decimiquarti libri argumentū. ¶ Fleuit amans glaucus ⁊c. Docet eandem ſcyllam transformatā eſſe in ſaxum: ne Enee nauiganti nocere poſſit in Italiam.
Raphael. ☞ Fleuit amās glauc⁹: qr amās fleuit Scylle fatum. Scylla loco manſit.in eodem gurgite remanſit. In Circes odium.ſciebat enim Ulyſſem a circe amari. Multos autem e ſocijs in freto Siculo amiſit vlyſſes: vt i Odyſſea narrat Home. Mox.paulopoſt. Teucras cari. naues Enee troiani. Fuerat merſura: ſubmerſiſſet/niſi quo tp̄e illac trāſiuit Eneas in ſcopulū iā mutata fuiſſet. Ni pri⁹ in ſcopulū.⁊ alij geographi/⁊ Ply.in primis ſcribūt Scyllā ſaxū eē ingēs/freto imminēs: qd̄ in parte ſuperiore humanā hꝫ effigiē in inferiore vo plures hꝫ cauernas/qb⁹ vnde refracte latrat⁹ canū/⁊ lupoꝝ vlulat⁹ referre vident.
¶ Fabule.iij.libri.xiiij.argumentum.
Lactātius. ¶ Hūc vbi ⁊c. Cercopides ꝓpter fraudē/ſceluſq;: qr boni ſemp inſidiatores fuerūt: exoſus eſt Jupiter: vt qualē aim habuiſſent/talem ⁊ ſpēm poſt obitū indicarēt: in ſimias cōuerſi ſunt. Itaq; Inarimen/ Prochyteq; inſulas primas/quas hi icoluerāt: Pithecuſa nomine ſuo Pithecuſas vocauit.
Raphael. ☞ Hunc vbi Troiane.errores Enee deſcribit poeta: vt cū ad Pithecuſaꝫ eū deduxerit inſulā/cōmodi⁹ Cercopū in Simias Metamorphoſin deſcribere poſſit. Auidā Charybdim: que deuorat naues/atq; euomit. Non bn̄ latura: nā ſeipſaꝫ interfecit: vt ex carmine Uergiliano ēt pueris eſt notū. Sidonis. Di
Sidonis. do Sidonia decepta ab Enea/ꝗ eā reliqt/ꝗ ſibi illū vt maritū copularat. Harenoſe terre: Carthaginis: vñ Hiarbas apud Uer. Cui litt⁹ arādū Dedim⁹. Ad fines Ericis.mons
Eryx. eſt ſicilie Eryx ab eryce amyci bebritiorū regis ⁊ veneris filio denoiat⁹: ꝗ virib⁹ corpis ꝓſtās tādē cū Hercule ceſtibus pugnās occubuit: vñ ven⁹ Erycina fuit appellata. Jris Ju.a iunone miſſa.notū eſt aūt hoc ex.v.ver.
Hippotades. Hippo.re. Eolias inſulas. Nā Eolus iouis fuit filius ex aceſta Hippote Troiani filia. Sire. Ache.acheloi filiaꝝ. Sirenes em̄ Ache
Sirenes. loi filie ex Calliope muſa fuiſſe dñr/ꝗ iuxta fretū Siculū habitātes ſuauiter adeo canebant: vt illac nauigantes ſopirent/ſomnoq; oppreſſos mergerēt.tres aūt fuiſſe dñr/ par
Inarime. thenope: leucoſia ligia. Orb. ꝓ ſide pin⁹. nauis palinuro gubernatore priuata: vt plene ver.narrat. Inarimen ꝓchytēq; legit: trāſit. Inarime aūt inſula eſt in ſinu cāpano: i qua eſt mōs flāmas eructās. Prochyte vero inſu
Prochyte la eſt ſic dicta/ꝙ terremotu ab enaria ſit profuſa: nam ϖρoχεω ſignificat profundo.
Janus. ¶ Inarimen. Compoſita dictione noſtri ac cipiūt iſulā in ora cāpanie: de qua lōga Strabonis diſceptatio ē. eadem pithecuſe memorat ab hiſtoria: quā xenagoras/harpocratiō/

Diſſimiles homini poſſent/ſimileſq; videri.
Membraq; contraxit:nareſq; a fronte remiſſas
Contudit:⁊ rugis perarauit anilibus ora:
Totaq; velatos flauenti corpora villo
Miſit in has ſedes:necnon prius abſtulit vſum
Uerborum:⁊ nate dira in periuria lingue.
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.
Has vbi preterijt:⁊ Parthenopeia dextra
Menia deſeruit:leua de parte canori
Eolide tumulum/⁊ loca feta paluſtribus vluis/
Littora Cumarum/viuaciſq; antra Sibylle
Intrat:⁊ vt manes adeat per Auerna paternos
Orat:at illa diu vultum tellure moratum
Erexit:tandemq; deo furibunda recepto:
Magna petis dixit/vir factis maxime:cuius
Dextera per ferrum eſt/pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum:potiere petitis:
Elyſiaſq; domos/⁊ regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces:ſimulachraq; chara parentis.
Inuia virtuti nulla eſt via:dixit/⁊ auro
Fulgentem ramum ſylua Iunonis Auerne
Monſtrauit:iuſſitq; ſuo diuellere trunco.

Eneas ad inferos.

Tartara/Perſephonen/atauos/vmbramq; parentis
Uidit magnanimus Tros duce Deiphobe.

Paruit Eneas:⁊ formidabilis Orchi
Uidit opes:atauoſq; ſuos/vmbramq; ſenilem
Magnanimi Anchiſe:didicit quoq; iura locorum:
Queq; nouis eſſent adeunda pericula bellis:
Inde ferens laſſos auerſo tramite paſſus
Cum duce Cumea fallit ſermone laborem.
Dumq; iter horrendū per opaca crepuſcula carpit:
Seu dea tu preſens/ſeu dijs gratiſſima dixit:
Numinis inſtar eris ſemper mihi:meq; fatebor
Muneris eſſe tui:que me loca mortis adire/
Que loca me viſe voluiſti euadere mortis:
Pro quibus aerias meritis euectus ad auras/
Templa tibi ſtatuam:tribuam tibi thuris honores.
Reſpicit hunc vates:⁊ ſuſpiratibus hauſtis/
Nec dea ſum dixit:nec ſacri thuris honore
Humanum dignare caput. neu neſcius erres/
Lux eterna mihi/carituraq; fine dabatur:
Si,mea virginitas Phebo patuiſſet amanti.

Dū tamen

⁊ Suidas referunt:fratres duo candulus et atlas(vt Eſchines ſardani9 in iābis appellat)oim ſceleruȝ quib9 hoiȝ vita deprauata eſt/inuentores ⁊ caput extiterūt:ijs peruerſi mores cercopū nomē pepererūt:appulſoſq; ⁊ aduenas vndecūq; circūuenire ſtudiū erat idq; aliqñ cū in ioue tētaſſent:i ſimias quas pitechos greci vocāt ex hoib9 mutati ſunt. inde pithecuſis iſule quā tenebat nomē idi tū.Xenagorā.xiiij.me.Oui.ſecut9 ē:māifeſto Hermolai Bar. errore:q putat oui.carmē ad doliariorū figlinas:vñ ply.inſule vocabulū trahit:etiā referri poſſe.Eius verba ex.ij. caſti.li.ſubieci.dicta inquit Inarime ab arimis ſiue populis/ſiue beluis:ita Etruſcoruȝ lingua dicēte ſimias:qua greci pithecos vocāt:vñ nomē inſulis Pithecuſe:vt Strabo. placet:⁊ fere Ouidio.Sterilīq; locatas colle Pithecuſas habitantum nomine dictas. ply.a figlinis doliariorū: perinde p i nō p y ſcribēdū.dolia enī greci pithos:ſimias pithecos vocant:pōt ⁊ Ouidianū illud cū Plinij ſnia cōgruere:vt habitātū:hoc eſt doliariorū ſubaudias.Hic aliqs Hermolai diligentiā nō iniuria deſyderauerit:q nō oēs Ouidij verſus quib9 ille fabuloſam nois rationē cōplexus eſt plegiſſe videaf: quū pliniū non credat ab Ouidio diſſentire. Diotimus in herculis certaminib9 ex Oecalia q̄ littoralis Euboee ciuitas eſt Olū ⁊ Eurybatum cercopas impoſtores ac planos fuiſſe tradit:qui p Beotie triuia ſummiſſo ſupercilio cōcurſarēt:mortaleſq; dolis exciperēt:vt muſcam mediolani vidim9 appulā: inde nomen in alienarū rerū plus nimio ſatagentē tranſtulit Martialis itētidē repetens.Ole qd te:Zenobi9 aūt Cercopas in Lydia ſtatuit:vbi cū hercule q p id tp̄s Omphale famulabaf:cōgreſſos ait:ac ob nimiā captādi calliditateȝ in lapides obduruiſſe:q eoȝ inf mennonis multo añ fore p̄dixerat:ſubinde monēs:ne melāpygō ideſt nigris Herculeȝ natibus iniuria ꝓuocarēt.Alij thie filios ⁊ oceani fuiſſe malunt.Homerus cercopū titulo poema dedit:vt diſcimus ex Plutarcho:quod olim perijt:preter admoduȝ paucos verſus: quos apud alios auctores legimus:in ijs poeta teſtaf Cercopas quoſdā fuiſſe:q nuſq; cōſiſterēt:ſȝ fere quotidie ſedes mutarēt:atq; quoſcūq; nāciſcerenf velut ob oculos iacto puluere ſermonis offucijs deciperent:vt quos Egyptios vulgo dicūt:inde natū prouerbiū κερκωπίζειν. Quamq; chryſippo nō a q̄b9 dixi Cercopib9/ſȝ ab aīalib9 q̄ κερκω.ideſt caude motu blandiuntur:id tractum placet. Sunt ⁊ qui Cercopas eoſdem cum Cyclopibus accipiant a matre Cercope noiatos:ſed eruditioribus non perſuadent.

☞ Pithecuſas habitātum noie dictas. Pithecuſa inſula eſt in ſinu Cāpano vrbem in mōte hñs Pithecuſas/a multitudine ſimiarum dicta.Nam πίθηκος ſimia dicif. Iupiter enī Cercopū perfidiā odio habēs/eos in ſimias cōuertit/hācq; inſulā illis aſſignauit habitādā.Ply.vero audacter ab Oui.diſſentiēs ſcribit Pithecuſam non a ſimiarū multitudine/vt aliqui exiſtimauere/ſed a figulinis doliariorū denoiatā eſſe.Pithos namq; dolium a grecis appellatur. Cecropidum exoſus:cū maxima Athenienſium/q ⁊ Cecropide dicūt ignominia ſic legif:cum preſertim nuſq; lectū ſit Athenienſes Ioui odio fuiſſe: quare

Marginal notes: Inarime. Pithecuſe — Cercopes qui. — Hermola9 carpitur. — Raphael Pithecuſa



Dum tamē hanc ſperat:dum precor munere donis
Me cupit:elige ait virgo Cumea/quid optes:
Optatis potiere tuis.ego pulueris hauſti
Oſtendens cumulum:quot haberet corpora pulueris:
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit/vt peterem iuuenes quoq; protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat:eternamq; iuuentam:
Si Venerem paterer:contempto munere Phebi
Innuba permaneo:ſed iam felicior etas
Terga dedit: tremuloq; gradu venit egra ſenectus/
Que patienda diu eſt:nam iam mihi ſecula ſeptem
Acta vides:ſupereſt numeros vt pulueris equem:
Tercentum meſſes/tercentum muſta videre
Tempus erit:cum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciat:conſumptaq; membra ſenecta/
Ad minimum redigantur onus:nec amata videbor/
Nec placuiſſe deo. Phebus quoq; forſitan ipſe
Uel non agnoſcet:vel dilexiſſe negabit.
Uſq; adeo mutata ferar:nulliq; videnda:
Uoce tamen noſcar.vocem mihi fata relinquent.

Sibylla in vocem.

Quod munus petijt Sibylla Phebum:
Reddet me in nihilum manente voce.

Talia conuexum per iter memorante Sibylla/
Sedibus Euboicam ſtygijs emerſit in vrbem
Troius Eneas:ſacriſq; ex more litatis/
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoq; ſubſtiterat poſt tedia longa laborum
Neritius Macareus/comes experientis Ulyſſei.
Deſertum quondam medijs in rupibus Ethne

Achimenides.

Deſeruit Siculo quem littore victor Ulyſſes:
Suſcipit Enee puppis Achimeniden.

Noſcit Achemeniden:improuiſoq; repertum
Uiuere miratur:quis te caſuſue/deuſue
Seruat Achemenide:cur inquit barbara Graium
Prora vehit:petitur veſtra que terra carina:
Talia querenti iam non hirſutus amictu/
Iam ſuus/et ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur Achemenides.iterum Polyphemon/et illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus.
Hec mihi ni potior domus:Ithaciq; carina.
Si minus Enean veneror genitore:nec vnq;
Eſſe ſatis potero(preſtem licet omnia)gratus.

quare loco Cecropidū audacter contēderim Cercopū penultima ꝓducta eſſe legēdū. Nā (vt ſcribit Suidas)Cādulus ⁊ Atlas fratres fraudulētiſſimi fuerūt/q ꝓpter ſceleſtos mores Cercopes nominati ſunt:hoc eſt deceptores:q aduenas omnes/ac Iouē q̄ȝ decipere conati ſunt. Quare indignat9 Iupiter in ſimias:q̄s greci πιθήκους vocāt/transformauit.Cercopas aūt hoies fuiſſe doloſos ac pfidos indicio eſt hoc grecorū ꝓuerbiū ἀγορὰ κερκώπων.i.forū Cercopū.Qđ quidē ꝓuerbiū in malignos ⁊ fraudulētos vſurpaf. Inde etiā κερκωπίζειν Greci dicūt/ꝓ eo qđ eſt decipere ⁊ fraudare. Uidef aūt ad id alludere:qđ Cercopitheci ſimie caudate dicuntur: q̄uis ἀπὸ τῆς κέρκου.hoc eſt a cauda cognominenf.Cercopa ſane(vt ait Sext. Pō.) Greci appellāt lucrari vndiq; cupiētē: quaſi κερδαίνοντα/quē nos q̄ȝ lucrionē vocam9.Home.q̄ȝ in Cercopas carmine inuect9 ē: vt narrat Plutar. Poſſe q̄ri. facultatē querēdi / ac lamētādi.Uerbū enim pro noie poſitum eſt.

Fabule.iiij.libri.xiiij.argumentum.

Has vbi ⁊c. Apollo Iouis ⁊ latone filius glauci filiā cū diligeret:ꝓ cōcubitu optādi veniā tribuit.At illa in lōgū victura tēpus ſpaciās i littore hauſto pugno harene petit tot annorū ſpatiū quot ptes eius dinumerare poſſet.igitur preſtata fide ad tp̄a: ſenectute dilapſo corpore relicta eſt vox:q ſibyllā indicaret.deus vero voluiſſe morari eā in eo munere:ſed illa neglexit dei voluntatem.

☞ Has vbi preterijt ⁊c. Aduētum Enee ad Sibyllā deſcribit poeta/vt Sibyllā ipſam in vocē tādem cōuerſam fuiſſe exponat. Nā Sibylla dū eſſet virgo ab Apolline amata/cum ab eo vt quicq̄d vellet peteret hortāte impetraſſet / vt tot annos viueret quot in manu harenas tenebat: oblita eſt adijcere voto ne vnq; ſeneſceret.Quare cū Phebo morē gerere noluerit:ad tātū decrepitatis ꝑuenit/vt a corpore derelicta tota in vocē fuerit cōmutata.Partheno.menia.Neapoliȝ/q ⁊ Parthenope ab vna ſirenū illic ſepulta fuit appellata.Cano.Eoli.Miſeni Eoli filij.Quo nō preſtātior alter Aere ciere viros/Marteq; accēdere cātu:vt canit Uer.vñ etiā ꝓmōtoriū miſenū fuit appellatū. Lit.cu. cume vrbs cāpanie antiquiſſima Italicarū vrbiū/ atq; Siculorū a Chalcidēſib9 quidē cōdita(vt Strab. inq̄t)ſȝ a Cumeis denoiata. Nā Colonie ductores Hippocles Cume9/et Megaſthenes Chalcidēſis inter ſe pepigerūt:vt Chalcidenſiū quidē Colonia eſſet:a Cumeis vō nomen acciperet:alij ἀπὸ τῶν κυμάτων hoc eſt ab vndis Cumas ſcribūt fuiſſe denōiatas . Sed prior nois hui9 rō mihi verior eſſe vr. Uiuacis Sibylle.q ſeptingētos iā annos vixiſſet. vt ipſa paulopoſt narrat.Adamāte nanq; ab ſe Apollo ꝯditionē tulit: vt q̄cq̄d vellet optaret: ſe enī nihil negaturū . Illa hauſta manu arena petijt vt tot annos viueret:nec adiecit ne ſeneſceret. Quare adeo cōſenuit:vt vox ei ſola ſupereſſet. Sibylla vō ex ſentētia Mar. Uar.oīs femina vates nūcupaf : vel ab vni9 Delphidis noie:vel a cōſilijs deorū enūtiandis:σιοὺς enī deos:⁊ cōſiliū βουλὴν appellabāt Eolico gñe ſermonis . Itaq; ſibyllā dictā eē q̄ſi θεοβούλην ſcribit Uarro: eaſq; decē numero fuiſſe:q̄s q̄dē oēs enumerauit ſub auctorib9/q de ſingulis ſcriptitarūt . Prima aūt fuit Perſica.ſcđa Libyca.tertia Delphi

Marginal notes: Cercopes in ſimias. — Lactātius. — Raphael. Sibylla in vocem. — Parthenope. Miſenus. — Cume. — Sibylla. — Sibylle decem.

ea .quarta Cimeria quinta Erythrea . ſexta
Samia . ſeptima Cumana nomine Amal=
thea que ab alijs Herophile vel demophile
nominaẛ.octaua Helleſpõtica.nona Phry=
gia.decima Tiburo nomine Albunea . Cete=
rum Cumana ad quam perueniſſe Eneam
Ouidius narrat :nouem libros attuliſſe ad
Sibyllini libri. regem Tarquinium Priſcum narratur:
ac pro eis treceetos Philippeos poſtulaſſe.
Rexq́ȝ aſpernatꝰ pretij magnitudinẽ mulie=
ris inſaniam deriſiſſe. Illa in cõſpectu regis
tres cõbuſſiſſe:ac pro reliquis idẽ pretiũ po=
ſtulaſſe.Tarquinꝰ multo magis mulierẽ in=
ſanire putaſſe:q̃ demũ tribꝰ alijs exuſtis cũ
in eodẽ p̃tio pſeueraret:motꝰ rex anꝰ ptina=
cia reſiduos trecẽtis aureis emiſſe . Manes
paternos.animã anchiſe pr̃is.Furibũda. fu=
rẽti ſimilis.Deo recepto . Apolline accepto.
Dextera.fortitudo.Per fer.p enſẽ:q̃ multos
hoſtiũ interfecit eneas. Pietas ſpectata per
Elyſium. ignes:nã ex icẽdio Troiano ⁊ deos penates/
et patrẽ anchiſen hũeris exportauit Eneas.
Elyſiaſq́ȝ domos.Elyſiũ a poetis fingiẛ locꝰ
eſſe apd̃ inferos:vbi aĩe eorũ qui bñ vixerũt/
Hoiem ex tribus conſtare. quieſcere in ſumma felicitate dr̃r.Regna no
uiſſima.inferos . Simulachraq́ȝ chara parẽ.
hoc ex eorũ opinione dictũ eſt; q̃ aiũt homi=
nẽ ex tribꝰ cõſtare:aĩa:corpore ⁊ ſimulachro.
Animãq́ȝ celũ petere. Corpꝰ reddi terre. Si=
mulachrũ ad inferos deſcẽdere. Inuia virtu.
nulla eſt via:nã ſubaudiaẛ.Eſt em̃ ſñia cauſã
cõtinẽs cur ſit ad inferos deſcẽſurꝰ Eneas.
Iunonis auerne.Proſerpine . Nemꝰ em̃ iux
ta Auernũ et Plutõi ⁊ Proſerpine fuit dica
tũ.formidabilis Orchi.formidãdi Plutõis.
Inde ferens laſ.ab inferis reuertens.Laſſos
paſſus.hypallage eſt.ipſe em̃ laſſus itelligiẛ.
Fallit ſermone labo.hoc eſt loquẽdo efficit vt
labor nõ ſentiaẛ.Numinis inſtar.ad ſilitudi
nẽ dee p dea. Muneris eẽ tui. me vitã abs te
dono accepiſſe.Tribuã tibi Thur; ho.hoc eſt
tibi tanq̃ȝ dee ſacrificabo.Et ſuſpirati . hau=
ſtis.ſuſpirijs tractis.Humanũ.mortale. Di=
gnare.dignũ puta . Lux eterna. vita ppetua.
Patuiſſet.expoſita ⁊ aperta fuiſſet. Optatis
potiere tuis.voti tui compos fies. Pulueris.
hauſti.eruti. Tot natales.tot annos. Uana.
ſtulta.Excedit. e memoria fugit : oblita ſum.
Hos tñ ille mihi dabat.dediſſet.Si venerem
pa.ſi paſſa fuiſſem illũ coire mecũ . Innuba.
virgo:ſine nuptijs .Feli. etas. iuuenilis etas.
Terga de.fugit.Egra ſene.ab effectuq́ȝ egros
Seculum. hoies reddat.Que patiẽda diu. q̃ mihi p lon
gũ tẽpus eſt tolerãda.Secula ſeptẽ. ſeptingẽ
tos annos.nã ſeculũ centũ annorũ ſpatiũ cõ
plectitur . Supereſt videre.poetica locutio:
ſupereſt vt videam.Tercentum meſſes et mu
ſta.tercentum annos intelligimus.

Lactãtius. ¶ Fabule quinte /ſexte/ et ſeptime libri
decimiquarti Argumentum.

¶ Talia cõuexum ⁊c.Eneas iter in Italiã tẽ=
dens ad Leſtrygonas venit: vbi Macareus
Neritiꝰ comes Ulyſſis apparuit :ↄgreſſuſq́ȝ
eos eſt comitatus.Itaq́ȝ cuȝ expoſuiſſet ache
menides apud Cyclopem que eſſent paſſi ſo
cij:ſimiliter et ille a Circe cũ comite Eurylo
cho : qui potione accepta in varias figuras
commutati ſunt / nouiſſime Ulyſſes reme=
dio Mercurij eo venit : et ſocios recupera=
uit . Exꝰ eo Circẽ iunxiſſe.ſe ei in.matrimo=
nium : monuitq́ȝ Eneam ne littoribus Cir=
ces accederet.

Quod loquor/et ſpiro:celumq́ȝ/et lumina ſolis
Aſpicio(poſſim ne ingratus et immemor eſſe?)
Ille dedit/quod non anima hec Cyclopis in ora
Uenit:et vt lumen iam nunc vitale relinquam:
Ut tumulo/aut certe non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi/niſi ſi timor abſtulit omnem
Sẽſum/animũq́ȝ/fuit:cũ vos petere alta relictus
Equora conſpexi:volui inclamare:ſed hoſti
Prodere me timui:veſtre quoq́ȝ clamor Ulyſſis
Pene rati nocuit.vidi cum monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit in vndas.
Uidi iterum veluti tormenti viribus acta
Uaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctuſve/lapiſve carinam
Pertimui: iam me non eſſe oblitus in illa.
Ut vero fuga vos ab acerba morte reduxit:
Ille quidẽ totam gemebundus obambulat Etnam/
Pretentatq́ȝ manu ſyluas/et luminis orbus
Rupibus incurſat:fedataq́ȝ brachia tabo
In mare protendens gentem execratur Achiuam.
Atq́ȝ ait.o ſi quis referat mihi caſus Ulyſſem:
Aut aliquem ex ſocijs/in quem mea ſeuiat ira:
Uiſcera cuius edam:cuius viuentia dextra
Membra mea laniem: cuius mihi ſanguis inundet
Guttur:et cliſi trepident ſub dentibus artus:
Quam nullum/aut leue ſit dãnũ mihi luci s adẽpte.
Hec/et plura ferox.me luridus occupat horror
Spectantem vultus/etiam nunc cede madentes/
Crudeleſq́ȝ manus/et inanem luminis orbem:
Membraq́ȝ/et humano concretam ſanguine barbã.
Mors erat ante oculos: minimũ tamẽ ipſa doloris:
Et iam prenſurum/iam nunc mea viſcera rebar
In ſua merſurum:mentiq́ȝ herebat imago
Temporis illius:quo vidi bina meorum
Ter quater affligi ſociorum corpora terre:
Dum ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis
Uiſceraq́ȝ/et carnes/cumq́ȝ albis oſſa medullis/
Semianimeſq́ȝ artus auidam condebat in aluum.
Me tremor inuaſit.ſtabam ſine ſanguine meſtus:
Mandentemq́ȝ videns:eiectantemq́ȝ cruentas
Ore dapes:et fruſta mero glomerata vomentem.
Talia fingebam miſero mihi fata parari:

☞ Talia    Perq́ȝ



Perq́ȝ dies multos latitans:omnemq́ȝ tremiſcẽs
Ad ſtrepitum:mortemq́ȝ timens/cupiduſq́ȝ moriri:
Glande famem pellens:⁊ miſta frondibus herba:
Solus/inops/expes/leto/ peneq́ȝ relictus:
Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem:
Oraui q́ȝ fugam geſtu:ad littuſq́ȝ cucurri:
Et moui:Graiumq́ȝ ratis Troiana recepit.
Tu quoq́ȝ pande tuos comitum gratiſſime caſus:
Et ducis/⁊ turbe que tecum eſt credita ponto.

¶ Uenti in vtre Ulyſſi dati.
Uentorum claſſes ſparſit furor:vtre ſoluto
Quos omnes Ithaco clauſerat Hyppotades.

Eolon ille refert Thuſco regnare profundo:
Eolon Hippotaden cohibentem carcere ventos:
Quos bouis incluſos tergo(memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem:flatuq́ȝ ſecundo
Lucibus iſſe nouem:⁊ terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cum ſeſe Aurora moueret:
Inuidia ſocios/predeq́ȝ cupidine victos
Eſſe ratos aurum:dempſiſſe ligamina ventis:
Cũ quibus iſſe retro:p quas modo venerat vndas/
Eolijq́ȝ ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami veterem Leſtrygonis inquit in vrbem
Uenimus.Antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hũc ego ſum numero comitante duoruȝ:
Uixq́ȝ fuga queſita ſalus comitiq́ȝ/mihiq́ȝ:
Tertius e nobis Leſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo:fugientibus inſtat:⁊ agmen
Concitat Antiphates.coeunt:⁊ ſaxa/trabeſq́ȝ
Conijciunt:merguntq́ȝ viros: merguntq́ȝ carinas.
Una tamen/que nos/ipſumq́ȝ vehebat Ulyſſem
Effugit:amiſſa ſociorum parte dolentes/
Multaq́ȝ conqueſti/terris allabimur illis:
Quas pcul hic cerniſ/pcul hic(mihi crede) vidẽda
Inſula viſa mihi:tuq́ȝ o iuſtiſſime Troum
Nate dea(neq́ȝ enim finito marte vocandus
Hoſtis es Enea)moneo fuge littora Circes:
Nos quoq́ȝ Circeo religata in littore pinu
Antiphate memores/immanſuetiq́ȝ Cyclopis
Ire negabamus:⁊ tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti.ſors me/fidumq́ȝ Polyten/
Eurylochumq́ȝ ſimul/nimijq́ȝ Elphenora vini/
Biſq́ȝ nouem ſocios Circea ad menia miſit:

☞ Talia conue.pulchra phãtaſia ad deſcri
Raphael. bendum ſociorum Ulyſſis in varias feras
Metamorphoſin deſcendit poeta:ac eorũ=
dem in humanã figurã reſtitutionem. Ma=
carcum enim Neritiuȝ atq́ȝ Achemenidem
Ulyſſis comites fingit ea que ſibi euenerũt
commemorare.de odyſſea aũt Homeri hec
ſumuntur.Connexũ p iter.arduũ. Memorã
te.narrante.Euboicam in vrbem.Cumas di
cit:que a Chalcydenſibus condite fuerunt.
Caieta. Nutricis nomen.Caiete.Nam Caieta nu=
trix Enee fuit:que moriẽs vrbi/⁊ portui no=
men dedit:vt carmine vergiliano eſt notum.
Tu quoq́ȝ littoribus noſtris Eneia nutrix.
Eternam moriẽs famaȝ Caieta dediſti.Ne=
Macareꝰ. ritius Macareꝰ. hic forte ad Circes poten
tiam explorandam ab Ulyſſe miſſus:cũ po=
Ulyſſis ſocij in porcos tionem ab ipſa Circe acceptã guſtaſſet:vna
cũ omnibus ſocijs preter vnũ Eurylochuȝ
qui nihil bibere voluit:in porcum fuit con=
uerſus: ſed precibus Ulyſſis Circe eos tãdẽ
priſtine reſtituit figure:vt Home. in.x.odyſ=
ſee libro narrat: vñ hec omnia que a Maca
reo referuntur:ab Oui.ſumpta eſſe videtur.
Achemenides. que vero narrat Achemenides in.ix.ipſius
odyſſee leguntur.Hic quoq́ȝ ſubſti.illic quo
Neritus. q́ȝ remanſerat.Neritius.Ithaceſius. Neri=
tus enim Ithace mons eſt.Experiẽtis Ulyſ
ſei.experti multa/⁊ paſſi Ulyſſis.Deſertum
quondam.olim derelictum.Noſcit Acheme
ni.Achemenides timore Polyphemi Cyclo
pis in Sicilia ab Ulyſſe relictus/ab enea il=
lac nauigante fuit exceptus : vt ex carmine
Uergi.etiam pueris eſt notum. Seruat.ſer=
uauit.Putabat em̃ Macareus illũ perijſſe.
Cur barbara Graium. miratur Macareus
Achemenidem Grecum/Ulyſſiſq́ȝ comitem
cum Troianis Grecorum hoſtibus nauiga=
re.Petitur veſtra que terra carina:hoc eſt
quo nauigatis?Iam non hirſutus amictu:
iam nõ aſperis indutus veſtibus : quales in
Etna latitãs gerebat.Alludere aũt poeta vi
detur ad ea/que de achemenide Uergi.ſcri=
bit.Cum ſubito e ſyluis macie cõfecta ſupre
ma Ignoti noua forma viri/miſerãdaq́ȝ cul
tu Procedit:ſupplexq́ȝ manus ad littora tẽ=
dit.Reſpicimꝰ:dira illuuies:immiſſaq́ȝ bar=
ba.Conſertũ tegimẽ ſpinis: at cetera Graiꝰ.
Et quondam patrijs ad Troiã miſſus in ar=
mis.Iam ſuus:iã ſui iuris.Iterũ Polyphe=
mon.illi interrogationi rñdet Cur barbara
graiũ Prora vehit?Se aũt gratũ erga Eneã
oñdit Achemenides.Illos rictꝰ fluidos.illa
fluẽtia ora.Aſpiciã:optadi eſt modꝰ.Ni po=
tior domus eſt:niſi melior ⁊ charior hec do=
mus eſt mihi/q̃ȝ ſit ⁊ mea et Ulyſſis nauis.
Quod loquor ⁊ ſpiro:qd̃ viuo. Fateẛ autem
Achemenides ſe vitã ab Enea accepiſſe:illi
q́ȝ ſe oĩa debere.Eſt autẽ ordo:ille dedit qd̃
loquor ⁊ ſpiro.Poſſim ne ingratus:parẽthe
ſis q̃ ſigñt Achemenides ſe nũq̃ȝ in Eneã in=
gratũ eſſe poſſe.Ut lumẽ iã nunc vitale relin
quã.hoc ẽ vt ↄtingat me ſtati mori.Ut tumu
lo ↄdar:ſepeliar.Illd̃ aũt vbũ dedit huc q̃ȝ ẽ
referẽdũ.Aut certe.correctio eſt dicti p̃oris.
poſſet em̃ in mari pire.In illa aluo:cyclopis
notiſſima.Quid animi fuit:q̃s animus eſſe
debuit?Permiſit.cõiecit.Ueluti tormẽti viri
Tormẽtũ. bus acta.tormẽtũ inſtrumentũ eſt bellicum
a torquendis ⁊ cũ impetu mittẽdis lapidibꝰ
dictum.Acta impulſa.Giganteo lacerto:ma
ximo brachio quantus gigantem deceret.

Que ſimul attigimus:ſtetimuſq; in limine tecti/
Mille lupi/mixtiq; lupis vrſiq;/leeq;
Occurſu fecere metum:ſed nulla timenda/
Nullaq; erat noſtro factura in corpore vulnus.
Quinetiam blandas mouere per aera caudas/
Noſtraq; adulantes comitant veſtigia:donec
Excipiunt famule:perq; atria marmore tecta
Ad dominam ducunt.pulchro ſedet illa receſſu
Solemni ſolio:pallamq; induta nitentem:
Inſuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides/nymphęq; ſimul:que vellera motis
Nulla trahunt digitis:nec fila ſequentia ducunt.
Gramina diſponunt:ſparſoſq; ſine ordine flores.

Socij Ulyſſis in porcos.

Impia mutarunt comites data pocula Circes/
In porcos Ithaci ſetigerumq; pecus.

Secernunt calathis:variiſq; coloribus herbas
Ipſa quod he faciunt/opus exigit:ipſa quis vſus/
Quoue ſit in folio:que ſit concordia mixtis
Nouit:& aduertens penſas examinat herbas.
Hec vbi nos vidit:dicta/acceptaq; ſalute/
Diffudit vultus:& reddidit omnia votis.
Nec mora:miſceri toſti iubet hordea grani/
Melaq; vimq; meri/& cum lacte coagula paſſo:
Quiq; ſub hac lateat furtim dulcedine ſuccos
Adijcit.accipimus ſacra data pocula dextra.
Que ſimul arenti ſitientes hauſimus ore:
Et tetigit ſummos virga dea dira capillos:
Et pudet/& referam:ſetis horreſcere cepi:
Nec iam poſſe queri.pro verbis edere raucum
Murmur:& in terram toto procumbere vultu.
Oſq; meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.
Colla tumere toris:& qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant:illa veſtigia feci.
Cumq; eadem paſſis(tātum medicamina poſſunt)
Claudor in antra ſuis ſolum caruiſſe figura
Uidimus Eurylochum.ſolus data pocula fugit.
Que niſi vitaſſet/pecoris pars vna maneret
Nunc quoq; ſetigeri:nec tante cladis ab illo
Certior ad Circen vltor veniſſet Ulyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly vocant ſuperi:nigra radice tenetur.
Tutus eo/monitiſq; ſimul celeſtibus intrat

Ille

Per quod vaſta Polyphemi magnitudo ſignificaẗ. Deprimeret:demergeret. Fluctꝰ ve ſaxorum iactu excitatus. Iā me non eſſe oblitus in illa.perinde inquit timui:ac ſi in illa naue ego quoq; fuiſſem. Reduxit.liberauit. Et luminis orbus.oculo priuatus. Incurſat rupibus:incidit in ſaxa:ſic vt pedes ledat. Tabo:ſanie corporum deuoratorum. Execratur:deteſtaẗ. O ſi quis referat. ordo eſt. O ꝙ nullꝫ ſit:aut leue damnum lucis ademte:ſi quis caſus referat mihi Ulyſſem. Referat.reuehat. Seuiat.ſeuitiam:ac crudelitatem exerceat. Laniem:lacerem. Inundet:vnde more impleat. Eliſi artus:contuſa membra. Trepident palpitent. Lucis ademte: effoſſi oculi. Hec & plura ferox:locutꝰ eſt:iactauit:ſimileve verbum eſt ſubaudiendum. Luridus horror:ab effectu:ꝙ luridos et nigros faciat. Cede:ſanguine. Et inanem luminis orbem:circulum oculo vacuum. Membraq;:vaſta ſubaudiamus. Concretam:coniunctam. Minimum tamē ipſa doloris:afferebat.eratve ſubaudiatur. Se autem ex morte:que ſibi inſtare videbatur:minimum doloris cepiſſe Achemenides ait:ꝙ videbat Polyphemum oculo priuatum ſue crudelitatis penas dediſſe. Rebar:opinabar: putabam. Herebat:affixa erat. Affligi:allidi. Semianimes ſemimortuos. Auidam condebat in aluum:deuorabat. Sine ſanguine:pallidus. Mandentemq; videns:qꝛ videbame:ſt enim participiū cauſam ſignificans cur meſtus:ac ſine ſanguine ſtaret achemenides. Fruſta.carnium partes. Glomerata.coniūcta. Talia fata.talem mortem. Cupiduſq; moriri.moriendi. Eſt enim greca figura. Moriri autem ſm quartam declinauit cōiugationem:cum frequentius ſm tertiam dicatur. Glande famem pellens:glandibus & herba veſcens. Expes.extra omnem ſpem conſtitutus. Et moui.commoui. perſuaſiq; vt me acciperet. Graium.grecum:ac ſi diceret ſibi hoſtem. Et turbe.& comitum. Que tecum eſt credita ponto.que ſe tecum mari commiſit. Eolon ille refert. Eolꝰ Iouis ex Aceſta filia Hippote Troiani filius regnaſſe diciẗ apđ inſulas Eolias ab ipſo appellatas:qui ex cōſurgentibus nebulis ita ventos predicebat futuros:vt eos in ſua poteſtate habuiſſe ſit creditus. Ad hunc(vt Home. ſcribit)cum Ulyſſes perueniſſet:quo commodius in patriam nauigaret:ventos in vtre ligatos ab ipſo accepit:ſed ſocij aurum eſſe putantes vtrem ſoluerunt:vnde erumpentes vēti maximam excitarunt tempeſtatem:qua ad Eolum redire coacti fuerunt. Thu.pro.in thuſco mari. Hippotaden. Hippote nepotem. Cohibentem.coercentem:continētem. Bouis tergo.in vtre ex tergore & pelle bouis cōfecto. Terram petitam. Ithacam expetitam. Proxima poſt nonam aurora:decima dies. Dempſiſſe ligamina ventis:diſſoluiſſe ventos. Dulichium ducem. Ulyſſem. Inde lami veterem. Lamus antiquiſſimus Leſtrygonum rex fuit:qui populi fuerunt feritate famoſi in vltimo Italie angulo habitātes. Ad eos cum veniſſet Ulyſſes:antiphates regnabat:a quo nonnullis & nauibus & ſocijs fuit ſpoliatꝰ. Leſtrigones aūt primi poſt Cyclopes Siciliam habitaſſe ferūtur. Ad hūc.ad illum. Tinxit.madefecit. Leſtrygonis. Antiphate. Concitat. conuocat. Agmen. Leſtrygonum

Ars. Subtimi.

Moriri.

Eolus rex ventorū.

Uēti i vtre Ulyſſi traditi.

Lamus. Leſtrygones.



Ille domum Circes:et ad inſidioſa vocatus
Pocula/conantem virga mulcere capillos
Reppulit:et ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides/dextreq; date:thalamoq; receptus
Coniugij dotem ſociorum corpora poſcit.

¶Socij Ulyſſis in priſtinam formam.

Quos pecus in brutum mutauerat impia ſuccis
Circe:iterum viſo fecit Ulyſſe viros.

Spargimur ignote ſuccis melioribus herbe:
Percutimurq; caput conuerſe verbere virge:
Verbaq; dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit:magis hoc tellure leuati
Erigimur:ſeteq; cadunt:biſidoſq; relinquit
Rima pedes.redeunt humeri:et ſubiecta lacertis
Brachia ſunt.flentem flentes complectimur illum:
Heremuſq; ducis collo:nec verba locuti
Ulla priora ſumus:ꝙ nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora:multaq; preſens
Tempore tam longo vidi:multa auribus hauſi.
Hoc quoq; cum multis/ꝙ clam mihi rettulit vna
Quatuor e famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce nanq; meo Circe dum ſola moratur:
Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendens iuuenile/gerens in vertice Picum
Ede ſacra poſitum:multiſq; inſigne coronis:
Quis foret:et quare ſacra coleretur in ede:
Cur hanc ferret auem:querenti/et ſcire volenti:
Accipe ait Macareu:domineq; potentia que ſit
Hinc quoq; diſce mee:tu dictis adijce mentem.

¶Picus in auem.

Rex picus Latij fugit connubia Circes:
Qui nunc mutato eſt corpore Picus auis.

Picus in Auſonijs proles Saturnia terris
Rex fuit:vtilium bello ſtudioſus equorum.
Forma viro quam cernis/erat:licet ipſe decorem
Aſpicias:fictaq; probes ab imagine veram.
Par animus forme:nec adhuc ſpectaſſe tot annos
Quinquennē poterat Graia quater edere pugna.
Ille ſuos Dryadas Latijs in montibus ortas
Verterat in vultus:illum fontana petebant
Numina Naiades:quas Albula/quaſq; Numici/
Quas Anienis aque:curſuq; breuiſſimus Almo/
Narve tulit preceps/et opace Farfarus vnde.
Queq; colunt Scythice ſtagnum nemorale Diane:

gonū multitudinē. Coeunt.cōueniūt:cōcurrūt. Terris allabimur illis.ad illas terras nauigamus. Circeū autem manu oſtēdit: quod quidē promōtoriū eſt Latij: a circe dictū: in quo vrbs erat nomine Circei. Procul videnda.neq; enim tutū eſt accedere propius. Immāſue.ticrudelis. Illud vero epitheton parū feritati Cyclopis cōuenire videtur. Ire negabamus.nolebamus ire. Circea ad menia. Circeorū vrbis eſt periphraſis. Circeū autem eſt etiā planicies in Colchis: vt Timeꝰ ait a Circe denominata. Simul.poſtq;. Tecti.domus per ſynecdochē. Mille lupi.multi.finitus ēm numerꝰ pro infinito eſt poſitus. Leeq;.& leene. Sed nulla.ferarum ſubaudiatur. Idcirco autem nulla earum timēda videbatur: quia nondū humanitatem depoſuerant/eoq; hominibus adulabātur. Comitāt.archaiſmos/comitātur enim nūc dicimus. Marmore tecta.marmoreis tegmētis incruſtata. Aurato amictu.aurato pallio. Gramina.herbas. Secernūt.diſcernūt. Uariaſq; co.her. variorum colorum herbas. Opus exigit. perficit. complet. Quis vſus.que vtilitas. Quo in folio.in qua herba.ſynecdochichos.a parte naq; totum intelligimus. Penſas.pōderatas. Neq; enim pharmaca niſi ponderentur recte componi poſſunt. Diffudit vultus. exhilarauit. ¶Et reddidit omnia votis. hoc eſt omnia pro votis reſpondit. ¶Hordea toſti grani: hyppallage eſt:grana enim hordei toſti intelligimus. ¶Cū lacte coagula paſſo. periphraſis eſt caſei. ¶Sacra dextra:execrabili. Arenti ore:ſicco. per qđ intelligimus ipſos fuiſſe bibendi auidos. ¶Horreſcere: horridus fieri. ¶Nec iam poſſe queri:et cepi non poſſe queri et lamentari. Jam enim in porcum fuerat conuerſus. ¶Occaleſcere:in callum commutari. ¶Pando roſtro:recuruo.
¶Colla tumere toris: extantibus carnibus tumida fieri. ¶Illa veſtigia feci: brachia in crura anteriora fuiſſe commutata ait.
¶Cumq; eadem paſſis:cum ſocijs meis qui eadem erant paſſi in ſtabulo claudor. ¶Tātum medicamina poſſunt. parentheſis eſt eſt acclamationem continens in Circes medicamenta. ¶Maneret:eſſet. ¶Ab illo certor:factus ſubaudiatur. ¶Pacifer Cyllenius: Mercurius/qui ad pacem mittitur/quemadmodum Iris ad diſcordiam.
¶Moly vocant ſuperi: quod ſubaudiatur/qđ ſuperi vocant Moly. De hac vero herba ex ſententia Homeri ſic Plinius ſcribit. Laudatiſſima herbarum eſt: Homero teſte: quam vocari a Dijs putat Moly. Inuentionem eius Mercurio aſſignat:contraq; ſumma veneficia demonſtrat.naſci eam hodie circa Pheneum/et in Cyllene Arcadie tradunt ſpecie illa Homerica radice rotunda/nigraq; magnitudine cepe: folio ſcylle: effodi autē difficulter.greci auctores florē eius luteū pinxere/cum Homerus cādidum ſcripſerit. Inueni e peritis herbarum medicis/qui et in Italia naſci eā dicerēt/afferretq; mihi e campania aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas/radicis triginta pedes longe/ac ne ſic quidem ſolide ſed abrupte. ¶Thalamo/in thalamum.
¶Coniugij dotem/coitus premium.
¶Sociorum corpora :vt reſtituat ſociorum corpora priſtine figure.
¶Percutimur caput:poetica ē ſynecdoche

Circeum. Circei.

Circeū in Colchis.

Comitare.

Ulyſſis ſocij in porcos.

Moly herba.

Socij Ulyſſis in priſtinā figurā.

Nam in proſa caput nobis percutitur dicerẽmus. ¶ Magis hoc/ tanto magis. ¶ Illuz flentem: Ulyſſem ſubaudiamus. ¶ Quam nos teſtantia gratos. ſe ante omnia gratias Ulyſſi egiſſe ait. ¶ Hoc quoq; cum multis. Pici iuuenis in auem ſui nominis portentoſam Metamorphoſin narrat Achemenidi Macareus: nam Picus Saturni filius rex fuit Latij: qui cum iam Canentem ex Venilia Jani filiam duxiſſet vxorem/ a Circe forte in venatione viſus/ ſtatimq; amatus/ cum ei morem gerere nollet: in auem ſui nominis fuit mutatus.

¶ Paratis. inſtructis.
¶ Ad talia ſacra. magica.
¶ Cum duce meo. cum Ulyſſe.
¶ Illa. famula. ¶ Signum. ſtatuam.
¶ Inſigne. ornatum. ¶ Accipe. audi. ¶ Adijce: adhibe. ¶ Proles Saturnia. filius Saturni. ¶ Forma viro. tali erat pulchritudine quali et ſtatua ipſius. ¶ Licet ipſe decorem. tantum fuiſſe decoris in viuente Pico/ quantuz eſt in ipſius imagine ait. ¶ Nec adhuc ſpectaſſe tot annos: ſignificat Picum tunc cum mutatus fuit/ nondum ad viginti annos perueniſſe. eſt autem ordo. Nec poteras ede re ipſum quater quinquennem ſpectaſſe tot annos. Graia pugna: hoc eſt in paleſtra: quã idcirco Graiam pugnam vocat/ ꝙ a Grecis fuit inſtituta. Innuit autem eum viſum fuiſſe iuniorem ꝙ̃ erat. Quod vero quidam Graiã paleſtram pro bello troiano putant accipiendam. mihi non probatur. ¶ Quas Albula. Tybris qui a colore aque prius Albula dicebatur. ¶ Quaſq; Numici. Numicus fluuius eſt Laurentis agri in quem Eneam cecidiſſe ferunt. ¶ Quas Anienis aque. Anio fluuius eſt Latij haud longe ab vrbe in Tyberim defluens. ¶ Almõ. fluuius haud longe ab vrbe Roma diſtans: qui in Tyberim non longe a fonte ingreditur. Unde etiam a poeta breuiſſimo curſu eſſe dicitur. In Almone autem ſingulis quibuſq; annis ſexto calendarum Aprilis (vt refert Macrobius) Cybeles ſimulachrum lauari conſuetum erat. ¶ Narve tulit preceps. Nar fluuius eſt Umbrie in Tyberim labens. ¶ Et opace Farfarus vnde. Farfarus fluuius eſt Sabinorum. ¶ Scythice Diane que ab Oreſte vna cũ Iphigenia ex Taurica regione Ariciam vſq; allata fuit. Stagnum nemorale: inter nemora poſituz. Nam (vt Strab. ſcribit) artemiſio/ id eſt Diane et luco/ et templo lacus adiacet inſtar pelagi fluctuans/ qui vndiq; ſyluis circundatur.
¶ Venilia: vxor fuit Jani antiquiſſimi Italie regis. Ancipiti Jano: bicipiti atq; bifrõti.
¶ Rara quidem facie. preſtans facie. Omne enim rarum preclarum eſt.
¶ Unde Canens dicta eſt: nam Canens nomine proprio vocabatur propter excellentez canendi peritiam. ¶ Morari: remorari/ ſiſtere. ¶ Ore ſuo: cantu ſuo.
¶ Exierat tecto. domo egreſſus erat.
¶ In agros Laurenteis: in agros Laurentum. Laurentes enim populi fuerunt Latij: a Laurento vrbe dicti.
¶ Fixurus: confecturus/ percuſſurus.
¶ Acris equi: ferocis. Pheniceã. purpureã. Ab auro. ab aureo cingulo comprehenſam ⁊ cinctam chlamydem habens. ¶ Et filia Solis. etiã Circe Solis filia. ¶ Circea arua. Circeũ mõtẽ a circe denoiatũ: in quo Circei oppidum

Als Ferebat.
Graia pugna.
Albula.
Numicus.
Anio.
Almo.
Nar.
Farfarus.
Scythica Diana.
Lacus aricinus.
Canẽs vxor Pici.
Laurẽtes.

Finitimoſq; lacus. ſpretis tamen omnibus vnam
Ille colit nympham: quam quondã in colle Palati
Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Jano.
Hec vbi nubilibus primum maturuit annis:
Preposito cunctis Laurenti tradita Pico eſt.
Rara quidem facie: ſed rarior arte canendi:
Unde Canens dicta eſt/ ſyluas/ et ſaxa mouere/
Et mulcere feras/ et flumina longa morari
Ore ſuo/ volucreſq; vagas retinere ſolebat.
Que dum feminea modulatur carmina voce:
Exierat tecto Laurenteis Picus in agros/
Indigenas fixurus apros: tergumq; premebat
Acris equi: leuaq; haſtilia bina ferebat:
Pheniceã fuluo chlamydem comprenſus ab auro.
Venerat in ſyluas et filia Solis eaſdem:
Utq; nouas legeret fecundis collibus herbas:
Nomine dicta ſuo Circea reliquerat arua:
Que ſimulac iuuenem virgultis abdita vidit:
Obſtupuit. ceciderẽ manu/ quas legerat/ herbas:
Flammaq; per totas viſa eſt errare medullas.
Ut primum valido mentem collegit ab eſtu:
Quid cuperet/ faſſura fuit: ne poſſet adire
Curſus equi fecit: circunfuſuſq; ſatelles:
Non tamen effugies: vento rapiare licebit:
Si modo me noui: ſi non euanuit omnis
Herbarum virtus: nec me mea carmina fallunt.
Dixit: et effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri: preterq; oculos tranſcurrere regis
Juſſit: et in denſum trabibus nemus ire videri:
Plurima qua ſylua eſt: et equo loca peruia nõ ſunt.
Haud mora. continuo prede petit inſcius vmbras
Picus: equiq; celer ſpumantia terga reliquit.
Spemq; ſequens vanã/ ſylua pedes errat in alta.
Concipit illa preces: et verba precãtia dixit:
Ignotoſq; Deos ignoto carmine adorat:
Quo ſolet et niuee vultum confundere Lune:
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoq; cantato denſatur carmine celum:
Et nebulas exhalat humus: ceciſq; vagantur
Limitibus comites: et abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum/ tempuſq;: per o tua lumina (dixit)
Que mea ceperũt: perq; hãc pulcherrime formam/

Que facit/



Que facit/ vt ſupplex tibi ſim Dea: conſule noſtris
Ignibus: ⁊ ſocerum/ qui preuidet omnia/ Solem
Accipe: nec durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat. ille ferox ipſamq;/ preceſq; reliquit:
Et quecunq; es (ait) non ſum tuus. altera captum
Me tenet: ⁊ teneat per longum comprecor euum:
Nec Venere externa ſocialia federa ledam/
Dum mihi Janigenam ſeruabunt fata Canentem.
Sepe retentatis precibus Titania fruſtra/
Non impune feres: neq; (ait) reddere Canenti.
Leſaq; quid faciat/ quid amans/ quid femina diſces
Rebus ait: ſed amans/ ⁊ leſa/ ⁊ femina Circe eſt.
Tum bis ad occaſum/ bis ſe conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
Ille fugit: ſed ſe ſolito velocius ipſe
Currere miratus: pennas in corpore vidit:
Seq; nouam ſubito latis accedere ſiluis
Indignatus auem/ duro fera robora roſtro
Figit: ⁊ iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis penne traxere colorem.
Fibula quod fuerat/ veſtemq; momorderat aurum
Pluma fit: ⁊ fuluo ceruix precingitur auro:
Nec quicquam antiquũ Pico/ niſi nomina/ reſtat.

¶ Socij Pici in feras.
Circee comites Pici miracula virge
Senſerunt facti monſtra/ graueſq; fere.

¶ Interea comites clamato ſepe per agros
Nequicquam Pico: nullaq; in parte reperto:
Inueniunt Circen (nam iam tenuauerat auras:
Paſſaq; erat nebula ventis/ ac Sole reſolui:)
Criminibuſq; premunt veris: regemq; repoſcunt:
Vimq; ferunt: ſeuiſq; parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit virus/ ſuccoſq; veneni:
Et noctem/ noctiſq; Deos/ Ereboq;/ Chaoq;
Conuocat: ⁊ longis Hecaten vlulatibus orat.
Exiliere loco (dictu mirabile) ſilue:
Ingemuitq; ſolum: vicinaq; palluit arbor:
Sparſaq; ſanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides viſi mugitus edere raucos:
Et latrare canes/ ⁊ humus ſerpentibus atris
Squallere: ⁊ tenues anime volitare videntur.
Attonitum monſtris vulgus pauet: illa pauentum
Ora venenata tetigit mirantia virga:

ptdũ fuit: vt paulo ante diximus. ¶ Abdita: abſcondita. Obſtupuit. emphaſis pulchra. Hinc enim facile colligitur/ quãta foret Pici pulchritudo/ qua ſtatim Circe ita capta eſt/ vt obſtupuerit. ¶ Valido ab eſtu. a vehementi amore. ¶ Circunfuſuſq; ſatelles. circumpoſiti miniſtri. eſt enim ſynecdoche.
¶ Licebit: pro licet/ quamuis. ¶ Si modo me noui. meam potentiam. ¶ Euanuit: vana facta eſt. ¶ Preter. iuxta. ¶ Trabibus arboribus ex quibus trabes fiunt. ¶ Inſcius: predam non cognoſcens eſſe falſam. ¶ Umbras prede: imaginem apri ſimulati et ficti. ¶ Spem vanam: vmbram corpore carentez. ¶ Errat: vagatur. ¶ Cõcipit illa preces: vota quibus a Dijs id quod cupiebat impetraret. ¶ Ignoto carmine: obſcuris et non intellectis verbis. ¶ Confundere: obſcurare. ¶ Patrio capiti. Soli. ¶ Denſatur celum: in nubem cogitur aer: vt inquit Vergilius. ¶ Cecis: ignotis. ¶ Et abeſt cuſtodia regis. comites regis abſunt. ¶ Tibi: qui es mortalis. ¶ Conſule: ſuccurre/ medere. ¶ Durus. crudelis. ¶ Et quecunq; es ait. cum quodã contemptu hec ait Picus: ac ſi diceret. Etiã ſi eſſes filia Jouis/ nedum ſolis. ¶ Janigenam. Jano genitaz. ¶ Retentatis. iteratis. ¶ Nõ impune feres. non abibis ſine pena. ¶ Neq; reddere Canenti. neq; redibis ad Canentem. ¶ Diſces rebus ait. re ipſa inq; cognoſces. ¶ Cir. eſt. hec cum maxima indignatione dicuntur: perinde ac ſi diceret. Circe leſa eſt/ que omnium incantamentorum et veneficiorum eſt peritiſſima. ¶ Solito velocius. citius ꝙ̃ ſolebat. Jam enim in auem fuerat conuerſus. ¶ Accedere. Adiungi. ¶ Duro fera robora roſtro. Hypallage eſt: dura nãq; robora fero percuti roſtro intelligimus. ¶ Figit: percutit. ¶ Fibula ꝙ fuerat. fibula aurea. ¶ Momorderat: depilauerat. Nam fibule veſtes mordere videntur: cum eas pilis priuent. Significat autem Pici aureum balthcum in torquem fuluum/ quo collum Pici auis cingitur fuiſſe conuerſum. ¶ Nec quicquam antiquum Pico niſi nomina: reſtat. Picus Martius idcirco hec auis cognominatur: ꝙ Marti ſit conſecratus: a Pico autem Picenuz deducitur Italie regio: que vulgo nunc Marchia Anconitana vocatur: ꝙ Sabini cum Aſculuz conderent/ in eorum vexillo Picus conſedit.

¶ Fabule octaue libri. xiiij.
Argumentum.

¶ Interea comites ⁊c. Socij quoq; Pici requirentes ducem: ne viribus in noxiam ſeuirent/ cõtacti venenis in varias ſpecies abiere mutati.
¶ Interea co. Pici comites cum vim Circe afferre pararent: in varias feras conuerſi fuere. ¶ Tenuauerat. tenues/ ac ſubtiles reddiderat. eſt autem parentheſis/ qua narratio veriſimilis efficitur. ¶ Crimi. ve. vera criminatione. ¶ Vimq; fe. violentiam circe afferre volunt. ¶ Inceſſere. inuadere. ¶ Noctiſq; deos. hecaten/ Plutonem ⁊ reliqs inferos deos. Nam nox apud inferos ſemper eſſe putatur. ¶ Ereboq;/ Chaoq;. hoc eſt ab Erebo vſq; a Chao incipiens Circe/ ſiue ab inferis deos noctis inuocat. Eſt enim Erebus obſcuriſſimus inferni locus: vnde ortam eſſe noctem Varro ſcri-

Legitur et repellit.
Licebit.
Janigena.
Picus Martius.
Picenum.
Lactanti9.
Raphael.
Erebus.

Cuius ab attactu variarum monſtra ferarum
In iuuenes veniunt. nulli ſua manſit imago.

¶ Canens Pici vxor in loci nomen.

Nympha Canens Pici fueram pulcherrima coniux:
Que liquefacta modo/ſum locus ipſa canens.

¶ Preſſerat occiduus Tartheſia littora Phebus:
Et fruſtra coniunx oculis/animoqꝫ Canentis
Expectatus erat. famuli/populuſqꝫ per omnes
Diſcurrunt ſyluas: atqꝫ obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt nymphe flere/⁊ lacerare capillos/
Et dare plangorem: facit hec tamen omnia: ſeqꝫ
Proripit: ac latos errat veſana per agros.
Sex illam noctes/totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt inopem ſomniqꝫ/cibiqꝫ/
Per iuga/per valles/qua ſors ducebat/euntem.
Ultimus aſpexit feſſam luctuqꝫ/viaqꝫ
Tybris/⁊ in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores
Uerba ſono tenui merens fundebat: vt olim
Carmina iam moriens canit exequialia Cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit: inqꝫ leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem rite Canentem
Nomine de nymphe veteres dixere coloni.

¶ Talia multa mihi longum narrata per annum/
Uiſaqꝫ ſunt. reſides/⁊ deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum/rurſus dare vela iubemur:
Ancipiteſqꝫ vias/⁊ iter Titania vaſtum
Dixerat: ⁊ ſeui reſtare pericula ponti.
Pertimui (fateor) nactuſqꝫ hoc littus/adheſi.
Finierat Macareus: vrnaqꝫ Eneia nutrix
Condita marmoreo tumulo breue carmē habebat.
Hic me Caietam note pietatis alumnus
Ereptam Argolico/quo debuit igne/cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias/infamateqꝫ relinquunt
Tecta Dee: lucoſqꝫ petunt: vbi nubilus vmbra
In mare cum fulua prorumpit Tybris harena:
Faunigeneqꝫ domo potitur: nataqꝫ Latini/
Non ſine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaqꝫ furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuqꝫ
Ardua ſollicitis victoria queritur armis.

Chaus.
bit. Chaus autem quod Chaos in primo ap
pellauit poeta: fuit quedam rerum omnium
confuſio/ex qua dij quoqꝫ nati eſſe ferūtur.
Ad illud autem Ouidius alludere videtur:
qđ Pronapides poeta grecus ſcriptum reli
Demogorgonis ſoboles.
quit Chaum Demogorgonis primi deorum
omnium vxorem fuiſſe/ex qua Erebum/ter-
ramqꝫ ſuſcepit: vnde nox/miſeria/egeſtas: fa-
mes/tartarus: Clotho/Lacheſis: atropos
Pluton: multaqꝫ alia nata eſſe fingūt. Ede-
re. emittere. Te. a. ſine corpe. Uulg. comites
Pici. Miran. ſtupentia. Monſtra. monſtro
ſe figure. In iu. ve. naꝫ illi in varias feras fue
runt conuerſi.
¶ Fabule none libri. xiiij. Argumētum.
Lactātius.
¶ Preſſerat occ. ⁊c. Uxor quoqꝫ Pici Canēs
deſyderio viri ſm Tyberim deflens caſus
amiſſi extabuit: ita tamen vt locus memoriā
nominis preberet poſteris/Canens nomi-
natus eſt.
Raphael.
☞ Preſ. occid. Canens vxor Pici cū virum
nuſqꝫ inueniret: ita ſe lachrymis tradidit: vt
paulatim iuxta Tyberim in auras fuerit re-
Canēs loci nomen.
ſoluta: locus aūt ille Canens a canētis nym
phe noīe fuit appellatꝰ. Tar. lit. occidētalia:
Tartheſꝰ.
naꝫ tharteſus vrbs eſt vlterioris Hiſpanie.
Lumina. funalia: faces. Seqꝫ prori. e domo.
Et dare plangorem. ⁊ edere eiulatum. Ueſa-
na. inſana/ac furens. Inopem. expertē/carē
tem. Carmina exequialia. exequijs cōueniē-
tia. Cygnus aūt morti vicinus ſuauiſſime ca
nere memoratur. Tabuit. paulatim abſum-
pta eſt. Euanuit. reſoluta eſt. Rite. merito: et
recte ob memoriam illius nymphe: que ma-
riti deſyderio illic vitā cū morte cōmutarat.
¶ Fabule. x. libri. xiiij. Argumentum.
Lactātius.
¶ Talia multa mihi ⁊c. Nec minus refert
Macareus inſolentiā ſocioꝝ erga Venerē
Enee aduerſus Rutulos ꝑ Latino dimicā-
tis ab Euandro cum auxilium petiſſet. Et
quemadmodum Turnus Uenulo legato a
Diomede item auxilium poſtulaſſet: qui ſub
Dauno Iapygie rege domicilium poſuiſſet:
qui id ſe facturū negaſſet/eo ꝙ ꝑ Enea ad-
uerſus Uenerem ſtetiſſet: vulneratamqꝫ a ſe
inimicam haberet. Et vt comites eius contē
ptu dee cupiētes ꝓficiſci in bellū in mari vo
lucrū filia decepti ſubſtiterūt. Eoꝝ nomina
hec ſunt/Agnon: Lycus: Cidas: Rhetenor:
Nycteꝰ: ꝗ volucres albi coloris cygni eēnt.
Raphael.
☞ Per longum annum. quo apud Circen
fuimus. Reſides. deſides: pigri: facti autem
ſubaudiaꝛ. Inire. intrare. Da. ve. nauigare.
Se. ponti. furētis: ⁊ in tempeſtatem concita-
Caieta.
ti maris. Eneia nutrix. Caieta enee nutrix ꝗ
mortua ac ſepulta ⁊ portui/⁊ vrbi nomē de-
dit. Breue carmen. epitaphium dicit. Alū-
nus. Eneas a me alitus atqꝫ educatus. Ar-
golico igne. quo a Grecis Ilium fuit incen-
ſum. Funis re. quo naues religate tenentur.
Huiuſmodi autem funis ora vocaꝛ a Quin-
tiliano. Tametſi quidam Iora purent eſſe le
gendum/non oram. Infama. dee. infamia la
borantis Circes. Prorumpit. cuꝫ impetu in-
greditur. Faunigeneqꝫ domo. Latini fauni
Faunigena
filij. Hec autem idcirco narrat poeta: vt ſo-
ciorū Diomedis in aues cygni ſimiles Me-
Diomedis ſocij in aues.
tamorphoſin cum ſuperiore aptius conne-
ctat. Cum gente feroci. Rutulorum: vt ex car
mine ꝗꝫ Uergilia. eſt notū. Concurrit Latio
Tyrrhenia tota. Thuſcie ppli ꝯ Latinos bel
lū ꝑ Troianis ſuſcipiūt. Externo rob. exter-
nis

Auget



Auget vterqꝫ ſuas externo robore vires.
Et multi Rutulos/multi Troiana tuentur
Caſtra: neqꝫ Eneas Euandri ad menia fruſtra:
At Uenulus fruſtra profugi Diomedis ad vrbem
Uenerat: ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Menia condiderat: dotaliaqꝫ arua tenebat.
Sed Uenulus Turni poſtquam mandata peregit:
Auxiliumqꝫ petit: vires Etolius heros
Excuſat: nec ſe aut ſoceri committere pugne
Uelle ſui populos: aut quos e gente ſuorum
Armet/habere vllos: neve hec commenta putetis:
(Admonitu quāquā luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tñ. poſtꝗ alta cremata eſt
Ilios: et danaas pauerunt Pergama flammas:
Naritiuſqꝫ heros a virgine/virgine rapta:
Quam meruit penam ſolus/digeſſit in omnes:
Spargimur: ⁊ ventis inimica per equora rapti
Fulmina/noctem/imbres/iram celiqꝫ/mariſqꝫ/
Perpetimur Danai: cumulūqꝫ Capharea cladis.
Neve morer referens triſtes ex ordine caſus:
Grecia tum potuit Priamo quoqꝫ flenda videri.
Me tamen armifere ſeruatum cura Minerue
Fluctibus eripuit: patrijs ſed rurſus ab agris
Pellor: ⁊ antiquo memores de vulnere penas
Exigit alma Uenus: tantoſqꝫ per alta labores
Equora ſuſtinui: tantos terreſtribus armis:
Ut mihi felices ſint illi ſepe vocati:
Quos cōmunis hyems/importunuſqꝫ Caphareus
Merſit aquis: vellemqꝫ horum pars vna fuiſſe.
Ultima iam paſſi comites/belloqꝫ/fretoqꝫ/
Deficiunt: finemqꝫ rogant erroris. at Agmon
Feruidus ingenio/tum vero ⁊ cladibus aſper/
Quid ſupereſt: quod iam patientia noſtra recuſet
Ferre viri: dixit/quid habet Cytherea: quid vltra
Uelle puta/faciat: nam dum peiora timentur/
Eſt locus in voto. ſors autem vbi peſſima rerum eſt:
Sub pedibus timor eſt: ſecuraqꝫ ſumma malorum.
Audiat ipſa/licet: ⁊ quod facit/oderit omnes
Sub Diomede viros: odium tamen illius omnes
Spernimus: ⁊ magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus iratam Uenerem Pleuronius Agmon
Inſtimulat verbis: veteremqꝫ reſuſcitat iram.

nis militibꝰ. Neqꝫ Eneas Euādri ad menia
fruſtra: nā Euander in Troianoruꝫ auxiliuꝫ
et Pallantem filium miſit: et vt a Thuſcis
imploraret auxiliū hortatꝰ eſt: vt Uergilius
quoqꝫ canit. At Uenulus fruſtra. Uenulus a
Turno ad Diomedem/qui in Apulia vrbem
edificauerat/miſſus orator: nihil auxilij ab
eo impetrauit: ꝙ diceret cum alia quedam/
tum Troianos nimiū dijs eſſe gratos ⁊ cha
Diomedes.
ros. Profugi Diomedis: procul a patria ob
vxoris turpitudinē fugati. Nā Diomedes a
bello Troiano in patriā reuerſus Egialem
vxorē cōperit Cylleboro ſtheneli filio adhe-
ſiſſe: a qua cum receptus nō foret: aufugiēs
Argyrippa. Daunus.
peruenit in Apuliā: vbi a Dauno cum par-
te regni filia accepta vrbē nomine Argyrip-
Iapyx.
pam edificauit. Sub Iapyge Dauno. Dau-
Iapygia.
nus rex fuit Apulie: a quo Daunia fuit ap-
Aldꝰ legit Ilion: vt ſit Ilion cremata: vt ꝓneſte ſub ipſa.
pellata. Iapyx autē ab iapygia declinaꝛ/que
eadē eſt cū Apulia: ab Iapyge Dedali filio
cognominata. Sane Iapyx vrbis quoqꝫ no-
mē eſt/ꝗ nūc bariū dr. Eſt etiā Iapyx vētus
Apulie peculiaris. Etoliꝰ he. Diomedes Ty
dei Etolie regis filiꝰ. Excuſat. in excuſationē
adducit. Commēta. ficta. ¶ Perpetiar. ſuſti-
Ilios.
nebo. ¶ Memorare narrare. ¶ Ilios: vrbs
Troia: que ⁊ Ilion dicitur. ¶ Nariciuſqꝫ he
Narix.
ros: Aiax Oilei filiꝰ/qui fuit Naritius. Na
rix enim que ⁊ Naritium/⁊ naritie dicitur:
vrbs fuit Locridis: vnde naricius declina-
Aiax oileiꝰ
tur. Aiax autē Oilei filius Caſſandrā Pria
mi filiam cum in templo Palladis ſtupraſ-
ſet: non in ſe ſoluꝫ/ſed in omnes Grecos irā
numinis concitauit: nam in patriam naui-
gantes: ⁊ ipſe fulmine percuſſus orta maxi-
ma tempeſtate: ⁊ alij per maria fuere diſie-
cti. ¶ A virgine Pallade: que perpetuā ſer
nauit virginitateꝫ. ¶ Uirgine rapta. Caſſan
dra ſtuprata. ¶ Digeſſit: diſſipauit: diuiſit.
¶ Spargimur: diſſipamur: diſpergimur.
Caphareꝰ.
¶ Cumulumqꝫ Capharea cladis. Caphareꝰ
promontorium eſt Euboee in Helleſpontū
ſpectans: ad cuius radices ira Minerue ac
fraude Nauplij Palamedis patris Greco-
rum claſſis maximum fecit naufragiū. Pria
mo quoqꝫ flenda videri. nimia eſt calamitas
que hoſtibus quoqꝫ flenda videtur. ¶ Anti
quo de vulnere. nam in bello Troiano Dio-
medes cum Enea congreſſus/cum ſibi eum
auxilio Ueneris eripi videret: in ipſam deaꝫ
ſagittas coniecit: quare dea irata a Diome-
de vxoris animum ſic abalienauit: vt illum
ab excidio Troiano reuerſum in edes acci-
pere noluerit. ¶ Memores penas: quas in
memoria habebat. ¶ Importunus Capha.
ſine portu: pernitioſus.
Agmon in auem.
¶ Deficiunt. me derelinquere volunt.
¶ At Agmon feruidus. Agmon cum vene-
rem contemneret: in auem cygno ſimilem
vna cum quibuſdam e focijs fuit cōmutatꝰ.
¶ Feruidus inge. feroci ingenio preditus.
¶ Et aſper. etiam indignatus. ¶ Recuſet
ferre: nolit pati. ¶ Eſt locus in voto. votis ⁊
precibus locus relinquitur: tunc enim homi
nes ad preces confugiunt: cū peiora timent.
¶ Sors autem vbi peſſima rerum eſt: vbi
peſſimus eſt rerum ſtatus.
¶ Sub pedibus timor eſt. nihil timetur.
¶ Secura: ſine timore
Legitur ⁊ ſtimuliſqꝫ
¶ Sub Diomede: exiſtens ſubaudiamus.
¶ Spernimus. contemnimus.
¶ Magna potentia. Ueneris.

¶Stat magno.conſtat.nā̃ patriā̃ propter
Pleuroniꝰ ipſam amiſimus. ¶Pleuronius Agmon.
Pleuron. Pleuron vrbs eſt Etolie vñ Pleuronius de
riuatur. ¶Reſuſcitat.iterum excitat. ¶Mu
neri maioris amici.plures amici. ¶Tenua
ta tenuis⁊ exigua facta. Magna pedis digi
tos pars occupat.hypallage eſt: magnā̃ eñ
pedis partē̃ a digitis fuiſſe occupatā̃ itelligi
mus. ¶Cornu:roſtro. ¶Finemqꝫ in acumi-
ne ponunt.acutū̃ habē̃t roſtrū̃. ¶Ex agmi-
ne:multitudine comitum. Hm̃oi autē̃ aues
Diomedee a nomine ducis fuerunt appella
te. ¶Plauſis alis:cū̃ quodā̃ ſtrepitu motis.
¶Dubiaꝝ volucrū̃:auiū̃ de quibus dubitaẏ
Diomedee aues. an cygni ſint:an alie a cygnis. ¶Proxia ſiti-
ma.nā̃ Diomedee aues olorbꝰ ſunt ſimiles.
Legitur ē̃t ¶Fabule.xi.xiiij.libri argumentum.
Pithenore ¶Uix equidem has ſedes ⁊c. Lauinie regio
nis locum arboribus obū̃bratū̃ Pan Mer-
Lactātius. curij filius tenuit:queꝫ poſtea nymphe occu
luerunt:has paſtor Apulus cum procacibꝰ
maledictis terruiſſet:itaqꝫ ne amplius lin-
guam in propatulo haberet/numine earum
in arborem oleaſtrū̃ extabuit:⁊ ita factꝰ eſt.
Raphael. ☞ Hactenus Oenides. Diomedes Oenei
Oenides. nepos. ¶Uenulus Calidonia regna: Diome
dis Calydoni. Naꝫ Calydon vrbs eſt Etolie.
Calydon. ¶Puteoloſqꝫ ſinus. Puteoli vrbs eſt Apu-
Puteoli. lie a multitudine puteorū̃ dicta: legitur etiā̃
Meſſapia. Peucetios. Meſſapia arua. Arua a Meſſa-
po duce cognominata.legiẏ etiā̃ Melapia.
¶In quibꝰ antra vides:paſtoris cuiuſdam
Paſtor in oleaſtrum. apuli in oleaſtrū̃ Metamorphoſin poeta ex-
ponit. Nubila:obſcura:eſt enim hoc loco ap
Pan. poſitū̃. Manātia.ſtillātia. Semicaper pan.
Pan deus eſt paſtorū̃: qui a parte poſterio-
Aldinū̃ exē̃plar habet Peuceti-oſqꝫ ſinus/ Melapiaqꝫ arua ⁊c. ri capro ſimilis pingebatur. ¶Mouit.com-
monit ad fugiendum. ¶Ad numerum: ad
rithmum et geſtus rationem. ¶Duxere cho
reas tripudiarunt. ¶Improbat: vituperat.
¶Cō̃didit.abſcondidit. Succo ex ſucco qui
eſt amarus et aſper. ¶Notā̃.ſignum. Olea-
Oleaſter. ſter:oliua eſt ſilueſtris. Ceſſit:tranſiuit.

¶Fabule.xij.xiiij.libri argumentum.

Lactātius. ¶Hinc vbi ⁊c. Turnus aduerſus Eneā̃ pro
Lauinia ſponſa dimicās:cū̃ immittere ignē̃
claſſibꝰ conareẏ:mater deorū̃/q: ex Ida mō̃-
te phrygie ſacrato eē̃nt facte:ipetratis p̃cibꝰ
ab Ioue in nymphaꝝ ſpeciē̃ ꝯuertit:vt Dea
rū̃ marinaꝝ numē̃ augere poſſent/ effecit.
☞ Rutuli populi fuerunt:quibus impera-
Raphael. uit Turnus. Hec autem narrantur:vt cō̃mo
Rutuli. dius nauium Enee tranſmutatione in nym
phas inſerere poſſit poeta. Nam cum Tur-
nus Rutuloruꝫ rex ignem immiſiſſet in claſ-
ſem Troianorum: mater deum eas naues/
quia in Ida monte ſibi dicato fabricate fue-
rant/comburi non eſt paſſa. Uerum in nym
phas eas marinas commutauit. ¶In pi-
nea tecta.periphraſis eſt nauium:que ex pi-
neis tabulis conficiuntur. Mulciber: Uul-
canus:ignis. ¶Inflati buxi:tibie que ex bu-
xo conficitur. ¶Domitis leonibus:currus
enim Cybeles:vt in ſuperioribus ſcripſimꝰ:
a leonibus trahiẏ. ¶Irrita.vana. Sacrilega
dextra:hypallage eſt. Ipſe enim ſacrilegus
intelligitur. ¶Aſtrei turbant. Aſtrei venti
Aurore ⁊ Aſtrei gigantis filij. ¶Stupea reti
Aſtrei. nacula.periphraſis eſt orarū̃:ideſt funium:
quibus naues ad terram religantur.
¶Robore mollito.duritie ligni molli facta.
In corpora:in carnes. Carina ſubdita:lignū̃
ſuppoſitum.

¶Diomedis ſocij in aues.
Nos Diomedeas fecit Cytherea volucres:
Qui fuimus quondam ſub Diomede viri.

Dicta placent paucis.numeri maioris amici
Agmona corripimus:cui reſpondere volenti/
Uox pariter/vociſqꝫ via eſt tenuata/comeqꝫ
In plumas abeunt:plumis quoqꝫ colla teguntur:
Pectoraqꝫ/⁊ tergum:maiores brachia pennas
Accipiunt:cubitiqꝫ leues tenuantur in alas.
Magna pedis digitos pars occupat:oraqꝫ cornu
Indurata rigent:finemqꝫ in acumine ponunt.
Hunc Lycus/hū̃c Idas/et cū̃ Rethenore Nycteus/
Hunc miratur Abas:et dum mirantur/eandem
Accipiunt faciem:numeruſqꝫ ex agmine maior
Subuolat:et remos plauſis circumuolat alis.
Si volucrum que ſit dubiarum forma requiris:
Ut non Cygnorum/ſic albis proxima Cygnis.
¶Uix equidem has ſedes/et Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Enides. Uenulus Calydonia regna/
Puteoloſqꝫ ſinus/Meſſapiaqꝫ arua reliquit/
In quibus antra vides:que multa nubila ſylua/
Et leuibus guttis manantia Semicaper Pan
Nunc tenet:at quodam tenuerunt tē̃pore nymphe.

¶Paſtor in oleaſtrum.
Appulus vt mouit conuitia paſtor amaros
In nymphas:fructus ſic oleaſter habet.

Appulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit:et primo ſubita formidine mouit.
Mox vbi mens redijt:et contempſere ſequentem/
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor:ſaltuqꝫ imitatus agreſti/
Addidit obſcenis conuitia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit:quam guttura condidit arbor.
Arbor enim eſt:ſuccoqꝫ licet cognoſcere mores:
Quippe notam lingue baccis oleaſter amaris
Exhibet.aſperitas verborum ceſſit in illas.
¶Hinc vbi legati rediere negata ferentes
Arma Etola ſibi:Rutuli ſine viribus illis
Bella infauſta gerunt:multūqꝫ ab vtraqꝫ cruoris
Parte datur:fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces:igneſqꝫ timent:quibꝰ vnda pepercit.

¶Enee naues in nymphas.
Que nymphe modo pernatamus vndas:
Enee fuimus pij carine.

Jamqꝫ



Jamqꝫ picem/⁊ ceras/alimentaqꝫ cetera flamme
Mulciber vrebat:perqꝫ altum ad carbaſa malum
Ibat:⁊ incurue fumabant tranſtra carine:
Cum memor has pinus Ideo vertice ceſas
Sancta deum genitrix:tinnitibus ethera pulſi
Eris:et inflati compleuit murmure buxi.
Perqꝫ leues domitis inuecta leonibus auras
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra
Turne ait/eripiam:nec me patiente cremabit
Ignis edax memorum partes/⁊ membra meorum.
Intonuit dicente dea:tonitruqꝫ ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi:
Aeraqꝫ/et tumidum ſubitis concurſibus equor
Aſtrei turbant:⁊ eunt in prelia fratres.
E quibus alma parens vnius viribus vſa
Stupea perrupit Phrygie retinacula puppis:
Fertqꝫ rates pronas:medioqꝫ ſub equore mergit.
Robore mollito/lignoqꝫ in corpora verſo:
In capitum facies puppes mutantur adunce.
In digitos abeunt/⁊ crura natantia remi.
Quodqꝫ ſinus fuerat/latus eſt:medijſqꝫ carina
Subdita nauigijs ſpine mutatur in vſum.
Lina come molles/antenne brachia fiunt:
Cerulus vt fuerat/color eſt:quaſqꝫ ante timebant/
Illas virgineis exercent luſibus vndas.
Naiades equoree/duriſqꝫ in montibus orte
Molle fretum celebrant:nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblite q̃ multa pericula ſepe
Pertulerint pelago:iactatis ſepe carinis
Suppoſuere manus:niſi ſiqua vehebat Achiuos:

¶Nauis in ſcopulum.
Alcinoi in ſcopulum vertit:cui ſuſcina/puppim:
Que ſua Dulichium vexit in arua ducem.

Cladis adhuc Phrygie memores odere Pelaſgos:
Neritieqꝫ ratis viderunt fragmina letis
Uultibus:⁊ letis videre rigeſcere puppes
Uultibus Alcinoi:ſaxumqꝫ increſcere ligno.
¶Spes erat in nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.
Perſtat:habetqꝫ deos pars vtraqꝫ:quodqꝫ deorū̃ eſt
Inſtar:habent animos:nec iam dotalia regna/
Nec ſceptrum ſoceri/nec te Lauinia virgo/
Sed viciſſe petunt:deponendiqꝫ pudore

ſuppoſitum. Nam carina proprie lignū̃ eſt
illud quo fundum nauis in duas diſtingui
partes videtur. ¶Lina .funes ex lino con- Carina
fecti. ¶Cerulus color: niger. ¶Duriſqꝫ in Naues
montibus orte Molle fretum : anthiteton Enee in
elegans: quo maxime ſenſus exornatur. Du nymphas.
rum namqꝫ opponitur molli. ¶Nec eas ſua
tangit origo.hoc eſt nihil mouentur cupidi
tate ſue originis vidende. Nihil curant re-
dire in montes:vbi ſunt orte.
¶Fabule.xiij.libri.xiiij. Argumentum.
¶Cladis adhuc ⁊c. Naues Enee docet ex re
cordatione in ſpeciem nympharum verſas
deoruꝫ ſuorum voluntate/Neritijqꝫ nauem Lactātius.
vidiſſe dicit naufragio. Item Alcinoum Pe
laſgos portantem ſaxo dureſcere.
☞ Naritie ratis.ſic quidē̃ legiẏ:vt intelliga
tur nauis Aiacis Oilei/q̇ fuit Naritiꝰ. Mi-
hi vero magis Neritie vr̃ legē̃dū̃:vt de Ulyſ Raphael.
ſis naufragio ſentire poetā̃ intelligamꝰ. Ne
ritus eñ mō̃s eſt Ithace patrie Ulyſſis:vñ
Neritius declinatur. ¶Puppes Alcinoi
Alcinous Ulyſſem/quem naufragum hoſpi Neritus.
tio ſuſceperat:inſtructa naue in Ithacam ve
hendum curauit:ſed nauis ipſa in ſcopulū̃/
qui eſt poſt Phalacriū̃ Corcyre promonto- Alcinous.
rium/ſimili ſpecie trā̃ſfigurata fuiſſe a Ne- Nauis in
ptuno in.xxiiij.odiſſee ab Home. narratur. ſcopulum.
¶Fabule.xiiij.libri.xiiij. Argumentum.
¶Spes erat ⁊c. Turno ab Enea interē̃pto/
Ardea vrbs regnū̃ Turni incē̃dio ad cinerē̃
redacta: ex qua volucris emerſa eſt:que pa- Lactātius.
tric eius nomine vocareẏ a poſteris Ardea.
☞ Alata claſſe. tranſmutata claſſe in nym
phas animā̃ habentes. ¶Quod deoꝝ eſt in
ſtar . ad ſimilitudinem . Nam animi vt dij Raphael.
ſunt immortales . Hec autem a poeta nar-
rantur: vt aptius Ardee vrbis in auem Me
tamorphoſin ſubiungat: nam Ardea patria
fuit Turni/quā̃ victores Troiani cū̃ incē̃de Ardea in
rē̃t/forte auis ex incē̃dio nunq̃ ā̃tea viſa euo auem.
lauit: q̇ a nomie vrbis ardea fuit appellata.
¶Que Io. Frā̃. Quitianus de Ardea ſcribit/
huc adijciē̃da curauimus. ¶Quartū̃ (inq̇t) Quintianꝰ
ſpiculū̃ in me directū̃ ſubiū̃giẏ: in quo et idē̃
Regius militat:quod tamen vix olim noſtro
impreſſo opuſculo ex Seruij verbis ipſemet
animaduerti:quū̃ ardeam ab Enea dirutā̃ ⁊
concrematā̃ exiſtimē̃: ex qua conflagratione
Ardea auis emerſerit : cui ſentē̃tie Seruius
⁊ Iacobus crucius haud aſtipulanẏ dicē̃tes
Ouidiū̃. Barbaꝝ enſeꝫ Hā̃nibalis.ſ.nō̃ tro
ianoꝝ intelligere. Uerū̃ ſi ouidianā̃ ſeriē̃ me
dullitꝰ intueamur: nō̃ taꝫ mihi q̃ Seruio ad
ſentiē̃dū̃ doctiores exiſtimabū̃t. Memini (iā̃
decē̃niū̃ eſt) per epiſtolā̃ Ianū̃ parraſiū̃ quid
ſentiret interrogaſſe : a quo literis intellexi-
mus ; nil ſup̱ hac fabula preter ea que dicat
ſeruiꝰ inuē̃iſſe. attamē̃ ſi me ⁊ Raphaelē̃ Re
giū̃ inuidoꝝ ſcola nō̃ admittat: ⁊ Cruciū̃ cuꝫ
Seruio bene dixiſſe inſtā̃ter proclamet: vt ſa
tiſfaciam/ſic legat. ¶Ardea in auem.
Dum trux Hannibal Ardeam cremaret
Prepeſqꝫ Ardea cognita eſt volucris.
☞ Soceri. Latini regis. ¶Uiciſſe.victoriā̃. Raphael.
verbum pro nomine poſitū̃ eſt. Sic Perſiꝰ.
Scire tuum nihil eſt. ¶Deponē̃diqꝫ pudo-
re.bella ſubaudiamꝰ.vtrū̃qꝫ eñ pudebat de
ponere bellum. ¶Turnuſqꝫ cadit. ab Enea
interfectus. ¶Barbarus enſis. Troianus.
¶Abſtulit.ſuſtulit: deleuit. ¶Patuerū̃t. diſ
ſoluta fuerunt. ¶Congerie e medi.e medio

Bella gerunt:tandemqꝫ Uenus victricia nati

¶Ardea in auem.

Dum Troum manus Ardeam cremaret:
Prepeſqꝫ Ardea cognita eſt volucris.

Arma videt:Turnuſqꝫ cadit:cadit Ardea Turno
Soſpite dicta potēs:quam poſtq̄ barbarus enſis
Abſtulit:⁊ tepida patuerunt tecta fauilla/
Congerie e media tum primum cognita prepes
Subuolat:⁊ cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus/⁊ macies/⁊ pallor/⁊ omnia captam
Que deceam vrbem:nomen quoqꝫ manſit in illa
Urbis:⁊ ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.
¶Iamqꝫ Deos omnes/ipſamqꝫ Eneia virtus
Iunonem veteres finire coercuit iras:
Cum bene fundatis opibus creſcentis Iuli/
Tempeſtiuus erat celo Cythereius heros.
Ambieratqꝫ Uenus Superos:colloqꝫ parentis
Circunfuſa ſui:nunquam mihi dixerat vllo
Tempore dure pater/nunc ſis mitiſſimus opto.
Eneeqꝫ meo/qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum:quamuis paruum des optime numen:
Dummodo des aliquod.ſatis eſt inamabile regnū
Aſpexiſſe ſemel:ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere dei.nec coniunx regia vultus
Immotos tenuit:placatoqꝫ annuit ore.

¶Eneas in deum.

Abſtulit Enee quicquid mortale Numicus:
Quem Romana deum gens vocat Indigetem.

Tum pater.eſt is ait celeſti numine dignus:
Queqꝫ petis:pro quoqꝫ petis:cape nata quod optas.
Fatus erat:gaudet/grateſqꝫ agit illa parenti:
Perqꝫ leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit Laurens:vbi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis vicina Numicius vndis.
Hunc iubet Enee quecunqꝫ obnoxia morti
Abluere:⁊ tacito deferre ſub equora curſu.
Corniger exequitur Ueneris mandata:ſuiſqꝫ
Quicquid in Enea fuerat mortale repurgat/
Et reſperſit aquis.pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix diuino corpus odore
Unxit:⁊ ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os:fecitqꝫ Deum:quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem:temploqꝫ/ariſqꝫ recepit.
¶Inde ſub Aſcanij ditione binominis/Alba

Margin: Prepes. — Dū trux Hannibal Ardeā cremaret:Prepeſqꝫ Ardea cognita eſt volucris. — Iacobus bononienſis. — Alibi trepida. — Lactātius. — Quamuis pro q̄tumuis. — Raphael. — Numici⁹. — Ambroſia. — Indigetes dij. — Indigetare. — Lactātius.

rogo.¶Prepes.auis:nā prepetes aues maiores dīr:que volatu ſuo dant augurium. ¶Plau.alis.concuſſis.Et ſo.⁊ vox tenuis ⁊ exilis.eſt aūt polyſyndeton. ¶Deplan.percutitur.¶Suis pennis.ſuis alis.

¶Turnuſqꝫ cadit:cadit Ardea Turno Soſpite dicta potēs:quaꝫ poſtq̄ babarus enſis Abſtulit:et tepida patuerunt tecta fauilla: Cōgerie e media tū primum cognita prepes Subuolat:⁊ cineres plauſis euerberat alis. Hoc in loco verba Seruij ex cōmentario ſeptimo Enei.recitanda cenſemus: que talia ſunt.Illud nāqꝫ Ouidij Metamorphoſeos fabuloſum:incenſam ab Annibale Ardeaꝫ:⁊ in hāc auem eſſe conuerſam. Que lectio ſi vera eſt:tum Barbarus enſis nō Aenee/ſed Annibalis intelligeꝛ.Qua em̄ rōne Ouidi⁹ nr̄ cum Auguſto blandiaꝛ:per Aeneam Ueneris filiū/eū barbaruꝫ appellare potuerit: non hercule agnoſco.Sed ⁊ Uergil.in tota Aeneide(qđ equidē ſciam/vel meminerim) nunq̄ barbarū Aeneā appellat. Uerum in hoc vt etiaꝫ in multis/amplius cenſemus requirendum. Hec Bononienſis.

¶Fabule.xv.libri.xiiij.argumentum.

¶Iamqꝫ deos ⁊c.Uenus vt animaduertit filium Eneam laboribus exhauſtis ad finē veniſſe eui:petit ab Ioue patre vt promiſſis fidem faceret. Cuius ille precibus auditis effecit:vt in agro Laurēti in flumine Numitio mortalitatem ablueret:interqꝫ Indigetes deos transferretur:ita vt a poſteris ſicut ceteris dijs ſacra ei adminiſtrarentur.

☞Iamqꝫ deos omnes.Eneas cū ad vltimū etatis ſue tp̄s veniſſet:p̄cibus Ueneris oim deorū conſenſu in deū/quē latini indigetem appellarūt:fuit trāſmutatus. Ipſamqꝫ iu.q̄ ſemp ei fuerat aduerſata. Coer.coegit. Cre. Iu.iulus Enee fuit fili⁹ q̄ patri in regno.latino ſucceſſit. Collo.parē.circūfuſa ſui.hoc eſt collū Iouis p̄ris ſui cōplexa. Inamabile regnū.inferoꝝ regnū.Immotos tenuit.ſignificat Iunonē quoqꝫ annuiſſe Ioui/vt Eneas i deorū numerū admitteretꝛ:q̄ em̄ annuūt/caput mouēt.Tū pater Iupiter.Is Eneas.Grates agit.gratias agit in ſoluta dicimus oratione.Iunctis columbis.currus Ueneris a columbis trahi fingitur.Numicius vndis. Numicius fluuius eſt Latij:qui et Numicus dr:in quem cū cecidiſſet eneas:neqꝫ inuentus eſſet:creditus eſt in deum indigeteꝫ fuiſſe commutatum.Serpit.lente labitur. ¶Quecunqꝫ ob.mor.quecunqꝫ morti ſubiecta.¶Corniger.fluuius.oēs em̄ fluuij cum cornibus pingebantur.¶Reſtitit illi.remāſit illi Enee.aīa nāqꝫ immortalis eternitati fuit cōſecrata.¶Luſtratū.purgatū. Ambroſia.immortalitas interp̄tatꝛ.herba autem eſſe fingiꝛ/qua dij veſcūtur.¶Cum dulci nectare:vt Ambroſia pro deorū cibo ponitur: ita Nectar pro eorundem ſuauiſſima accipitur potione.¶Contigit.tetigit.¶Turba Qui.populus Roma.¶Nuncupat indigetem.dij indigetes/quos Greci heroas vocant ex mortali ⁊ deo nati putabantur:vnde Eneam Latini deū indigetē appellarūt:vn̄ indigetare antiq̄ dicebāt pro eo qđ eſt inuocare.Macro.Namqꝫ virgines Ueſtales ita indigetant.Apollo medice.Apollo.Pean ¶Nuncupat.nuncupauit.appellauit.

¶Fabule.xvj.libri.xiiij.argumentum.

¶Inde ſub ⁊c.Tyberin⁹ albanoꝝ rex thuſco amni

Reſqꝫ



Reſqꝫ Latina fuit:ſucceſſit Siluius illi:
Quo ſatus/antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum ſceptro.clarus ſubit ecce Latino
Epitus ex illo.poſt hunc Capetuſqꝫ/Capyſqꝫ/
Sed Capys ante fuit.regnum Tyberinus ab illis
Cepit:⁊ in Thuſci demerſus fluminis vndis
Nomina fecit aque:de quo Remuluſqꝫ/feroxqꝫ
Acrota ſunt geniti.Remulus maturior annis
Fulmineo perijt imitator fulminis ictu:
Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino:qui quo regnarat/eodem
Monte iacet poſitus/tribuitqꝫ vocabula monti.
Iamqꝫ Palatinus ſumme loca gentis habebat.

¶Pomona dea.

Silenum/Panes/Satyros/Pomona Priapum
Noluit:hanc tandem cana fefellit anus.

Rege ſub hoc Pomona fuit:qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos:
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fetus:
Unde tenet nomen.non ſyluas illa/nec amnes:
Rus amat:et ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis eſt:ſed adunca dextera falce/
Qua modo luxuriem premit/et ſpatiantia paſſim
Brachia compeſcit:fiſſa modo cortice lignum
Inſerit:et ſuccos alieno preſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur:bibuleqꝫ recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
Hic amor/hoc ſtudiū.Ueneris q̊qꝫ nulla cupido eſt.
Uim tamen agreſtum metuens pomaria claudit
Intus:⁊ acceſſus prohibet/refugitqꝫ viriles.
Quid non ⁊ Satyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecere:⁊ pinu precincti cornua Panes?
Silenuſqꝫ ſuis ſemper iuuenilior annis?
Quiqꝫ deus fures/vel falce/vel inguine terret?
Ut potirentur ea?ſed enim ſuperabat amando

¶Uertumnus in anum.

Uertumnus varias potuit qui ſumere formas/
Pomonam preſſit:cum ſimularet anum.

Hos quoqꝫ Uertumnus.neqꝫ erat felicior illis.
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit:veriqꝫ fuit meſſoris imago.
Tempora ſepe gerens feno religata recenti/
Deſectum poterat gramen verſare videri.
Sepe manu ſtimulos rigida portabat:vt illum

Margin: Raphael. — Aſcanius. — Reges Albani. — Uertūn⁹ in varias figuras. — Alba lōga. — Albenſes. Albani. — Auentin⁹. — Hamadryades. — Pomona. — Poma. — Legitur ⁊ ſperabat.

amni Albula merſus iterijt:ac nomē fluuio reliquit:item Auentinus/a quo mōs vrbis Albe accepit imperium.Sub hoc Pomona Hamadryadum nympharū hortorū cultrix feliciūqꝫ arborū/cuius nomen pomaria obtinēt.Hanc cum Uertūnus diligeret:ſolitus in varias figuras mutari:⁊ ea refugiēte concubitū ſollicitudine aſſidue vrereꝛ: nouiſſime in anū conuerſus eſt:eiqꝫ multa retulit/quib⁹ femine flecti ſolerēt:vt ſibi iūgeretur. Ipſa aūt p̄ſeuerāte in propoſito/nouiſſime refert quoqꝫ fuiſſe Cypro Anaxaretē virginē: que p̄pter ſuperbiā punita fuiſſet a Uenere: verſuſqꝫ in ſuam formam concubuit cum ea.

☞Inde ſub Aſcanij binominis. Aſcanius q̄ ⁊ Iulus fuit appellat⁹ Enee in regno ſucceſſit:cui Siluius/ſic dict⁹/q̄ in ſyluis ſit natus/cui Latin⁹/cui Epit⁹/cui Capys/cui Capetus/cui Tyberinus:qui in Albula ſubmerſus nomen fluuio dedit:cui Remulus/cui Acrota/cui Auētin⁹:qui colli nomen dedit/in q̄ fuit ſepult⁹:cui Palatinus/ſub quo rege Pomona hortorū dea Uertūno deo/q̄ ſe in varias vertebat figuras oib⁹ alijs ſp̄retis tādē nupſit.Uarias aūt Uertūni Metamorphoſeis poeta ſcribit.Sub di.ſub imperio.Aſcanij bi.duo noia habētis.Nā ⁊ Aſcanius ⁊ Iulus a prima lanugine:q̄ ιουλος grece dicitꝛ: fuit cognominat⁹.Aut Alba binominis.Qđ Alba lōga fuit:eſt em̄ ambiguū.Alba reſqꝫ latina fuit.Albā vrbē:q̄ ab ſitu lōga fuit denominata ab Aſcanio Enee filio fuiſſe edificatā:et ab alba ſue illic trigita porcellos enixa noiatā etiā pueri ſciūt.Due ſane fuerunt Albe:altera ad Fucinum lacū:vn̄ Albēſes declinātur:altera Rome vicina:vn̄ Albani. Res La.ip̄eriū Latinū.Ab illis.poſt illos. Thuſ.flu.periphraſis eſt Albule/q̄ poſtea Tyberis a Tyberino rege in illo ſubmerſo fuit appellatus.Maturi.an.maior natu.Imitator ful.cū em̄ vellet videri fulmina iaculari/a Ioue fulmine vero p̄cuſſus eſt.Sceptrū.imperiū. Poſit⁹.ſepult⁹.Tribuitqꝫ vo.mo. Auētinus em̄ vnus ex collib⁹ Rome vrbis ab Auētino rege illic ſepulto fuit cognoiatus:q̄q̄ Uar. alias q̊qꝫ hui⁹ nois origines tradat.Sū.gē.p̄ſtātiſſime.Pomona.dea fuit pomorū.vn̄ ē et fuit Pomona vocata.Lat.iter Ha.nym.hamadryades nāqꝫ dr̄ nymphe:q̄ vna cuꝫ arborib⁹ ⁊ oriunꝛ.⁊ occidunt.Un̄ etiaꝫ nomen ſumpſerūt.αμα nāqꝫ ſimul:δρυς δρυος dicitur querc⁹.Solerti⁹.diligētius. Un̄ te.no. Pomona em̄ a pomis nomē ē ꝯſecuta. Poma vero dicunꝛ oēs fructus quicūqꝫ ex arboribus nati eſui ſint apti/ſiue molli/ſiue duriore cortice tecti: q̄uis Macro. atqꝫ Seruius poma a nucibus diſtinguētes ſcribant nuces generaliter vocari:que duriore cortice tegantur.Poma vero que molliore. Sed pomū generale nomē eē omnium fructuꝫ/quicūqꝫ ex arboribus naſcunꝛ/cum ex alioꝝ ſcriptoꝝ/tum ex Ouidij verbis aperte colligi pōt.Non ſyluas illa.Pomona inquit nō amat ſyluas vt venetꝛ/nō amnes vt piſcatuꝫ eat.Felicia poma.dulcia/non amara/⁊ aſpera.Nec iaculo grauis eſt:nec dextra Pomone inquit iaculum geſtat/ſed falcem/qua luxuriantes ramos recidat.Luxuriem.luxuriātes ramos.Premit.recidit. ¶Bra.ramos. Compeſcit.cohibet.Lignum.ſurculum alterius arboris.Alie.alum.ſurculo ex alia arbore in aliam tranſlato.¶Fibr.tenuiores:ſub-

Iuraſſes feſſos modo diſiunxiſſe iuuencos.
Falce data/frondator erat/vitiſq; putator.
Induerat ſcalas:lecturum poma putares.
Miles erat gladio:piſcator arundine ſumpta.
Deniq; per multas aditum ſibi ſepe figuras
Repperit:vt caperet ſpectate gaudia forme.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo/poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum:cultoſq; intrauit in hortos:
Pomaq; mirata eſt:tantoq; peritior(inquit)
Omnibus es nymphis/quas cõtinet Albula ripis.
Salue virginei flos intemerate pudoris:
Paucaq; laudate dedit oſcula:qualia nunquam
Uera dediſſet anus:glebaq; incurua reſedit/
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Ulmus erat contra ſpecioſa nitentibus vuis:
Quam ſocia poſtquam pariter cum vite probauit:
At ſi ſtaret(ait)celebs ſine palmite truncus:
Nil preter frondes quare peteretur/haberet.
Hec quoq; que iuncta eſt vitis/requieſcit in vlmo:
Si non iuncta foret:terre acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubituſq; fugis:nec te coniungere curas/
Atq; vtinam velles. Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis:nec que Lapitheia mouit
Prelia:nec coniunx timidi/aut audacis Ulyſſei.
Nunc quoq; cum fugias/auerſeriſq; petentes:
Mille viri cupiunt:et ſemideiq;/deiq;:
Et quecunq; tenent Albanos numina montes.
Sed tu ſi ſapies:ſi te bene iungere:anumq;
Hanc audire voles:que te plus omnibus illis/
Pluſquã credis amo:vulgares reijce tedas.
Uertũnumq; tori ſocium tibi delige:pro quo
Me quoq; pignus habe.neq; enĩ ſibi notior ille eſt/
Quam mihi:nec toto paſſim vagus errat in orbe.
Hec loca magna colit:nec vti pars magna procorũ/
Quam modo vidit/amat.tu primus/ et vltimus illi
Ardor eris:ſoliq; ſuos tibi deuouet annos.
Adde q; eſt iuuenis:q; naturale decoris
Munus habet:formaſq; apte fingetur inomnes.
Et quod erit iuſſus(iubeas licet omnia)fiet.
Quid:q; amatis idem:quid:que tibi poma colũtur/



tilioreſq; radices. ¶ Uim agr. violentiaz ruſticorũ. ¶ Pomaria. pomaria loca arborib9 frugiferis conſita dicuntur/atq; pomorum repoſitoria. ¶ Satyri. dij ſunt ſilueſtres magnopere ſaltu gaudẽtes. ¶ Panes. Dij ſunt paſtorum cornuti. ¶ Silenuſq; ſuis. Silen9 Bacchi fuit nutricius/voluptati maxime deditus. Satyri autez ſenes(vt ſcribit Pauſa.)Sileni vocãtur. ¶ Quiq; deus. periphraſis eſt Priapi. ¶ Hos quoq; Uert. Uertũnus deus eſt bene vertendarum rerum:hoc eſt vendendarum atq; emendarum:a vertẽdo dictus:q; ſe in varias verteret formas:vt ipſe de ſe apud Proper. narrat. Opportuna mea eſt cũctis natura figuris. In quãcũq; voles verte/decor9 ero. Inde Uertũnalia dicta ſunt:q mẽſe octobri in honorẽ Uertumni celebrabantur teſte Uarrone. Uertumnus autem Rome in vico Thurario ſacellum habuit:vt Pedianus/Porphyrioq; ſcribunt. ¶ Neq; erat felicior illis. nam eum quoq; Pomona aſpernabatur. ¶ Duri meſſoris. aſperi/ac laborum patientis. Meſſor autez eſt qui frumenta metit/ac ſecat. ¶ Deſectuz gramen. Periphraſis eſt feni/ per quod ſignificat Uertumnum feniſece figuram aliquando ſuſcepiſſe. Uarias autez Uertumni Metamorphoſeis poeta deſcribit.

¶ Sepe manu ſtimulos. ſepenumero inquit in bubulcum Uertumnus commutabatur: vt Pomona potiri poſſet. ¶ Frondator erat frondator dicitur frondium putator.

¶ Induerat ſcalas. ſumpſerat:ſi autem coniunctio ſubaudiatur. ¶ Lecturum. collecturum. ¶ Redimitus tempora:circundata habens tempora. ¶ Tantoq; peritior inquit: quanto cultiores habes hortos ſubintelligamus. ¶ Intemerate. inuiolate.

¶ Qualia nunquam. facete hec a poeta inſeruntur:laſciuioraq; ait fuiſſe vertũni oſcula:q̃ que a vera vetula vnq̃ dari potuiſſent. ¶ Pandos. curuos. ¶ Autumni pondere. hoc eſt pomis. ¶ Contra. e regione.

¶ Probauit. commendauit:approbauit.

¶ At ſi ſtaret ait celebs. his ſimilitudinibus vult perſuadere Pomone vertumnus:vt nubat:cum preſertim a multis petatur.

¶ Celebs. ſine cõiuge. Uites enim ſic vlmos amplectuntur:vt vxores viros. Celibes enim dicuntur qui ſine coniuge viuunt:quaſi celeſtem vitam agentes. ¶ Sine palmite/ſine vite. Nam palmites vitiũ rami dicuntur vuas ferentes. ¶ Peteretur. expeteretur.

¶ Non tangeris. non moueris. ¶ Helene non pluribus eſſet. Helene pulchritudo notior eſt/q̃ vt hoc loco ſit commemoranda.

¶ Sollicita. vexata.

¶ Nec que Lapitheia mouit. Hippodamiã dicit:cuius pulchritudine bellum fuit excitatum inter Lapithas & Cẽtauros: vt in. xij. copioſe narratur. Lapithe autez populi fuerunt Theſſalie a Lapitho Periphrantis filio cognominati.

¶ Nec coniunx timidi/aut audacis Ulyſſei. timidi in pugna: audacis inſtruendis inſidijs. Penelope vero Ulyſſis vxor formoſiſſima fuiſſe ſcribitur: et a q̃ plurimis procis amata.

¶ Auerſeris. aſperneris.

¶ Hanc anum. ſeipſum oſtendit cum quadam ſenili grauitate Uertumnus.

¶ Uulgares tedas. nuptias p ſinecdochẽ. A parte namq; totum intellligimus. Quinq; faces namq; ex teda arbore confecte noue nupte preferebãtur. ¶ Procorum quam modo. vidit. procox. amatox:quibus nihil eſt inconſtantius. Proci autem a procando hoc eſt a petendo dicti:qui mulieres in matrimoniũ petunt:vnde & procaces a nimium petendo meretrices dicuntur. ¶ Deuouet. dedicat: deſtinat. Sane deuouere hoc loco in bonaz accipitur partem:alibi in malã. Uergi. Precipue infelix peſti deuota future. Deco. pulchritudinis. ¶ Fingetur. formabitur/ transfigurabitur. ¶ Primus habet. primitie enim frugum Uertumno dicabantur:vt ipſe apud Proper. commemorans cauſas cur Uertũnus dicatur ait. Seu quia vertentis fructuz percepim9 anni/Uertumni rurſus credidit eſſe ſacrũ. Prima mihi variat liuentib9 vua racemis:Et coma lactẽti ſpicea fruge tumet Hic dulces ceraſos/hic autumnalia pruna Cernis/& eſtiuo mora rubere die. Inſitor hic ſoluit pomoſa vota corona/Cuz pri9 inuito ſtipite mala tulit. Cũ ſuccis mitib9. dulcib9/ ſuauib9. Miſerere ardẽtis. ardẽter te amantis. Idaliã. venerẽ ab Idalio Cypri nemore dictã. Rhãnuſidis irã. Rhãnuſis q & Rhãnuſia dicit p Nemeſi ponit:q dea vlciſcit ſuperbos/a Rhamnũte Attice vico:vbi maxime colebat/denominata. Cuius quidem in Capitolio ſacellũ eſt:: q̃uis nomine careat Romano:vt Plinius ſcribit. Uetuſtas. ſenectus. Senes namq; idcirco prudentiores vident:q multarum rerum peritiam habent. ¶ Multa ſcire dedit. multarum rerum peritiam mihi tribuit. Eſt enim verbum pro nomine poſitum/quale eſt illud dictum Perſij Scire tuum nihil eſt.

¶ Fabule. xvij. libri. xiiij. Argumentum.

¶ Uiderat a veteris &c. In inſula Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salamina:q forma ceteras gentes eiuſdem ciuitatis ſupergreſſa eſt. Sed vt pulchritudo eminens fuit:ita propter aſpernationem virorũ abominanda omnibus. Quam cum Iphis eiuſdez ciuitatis amore diligeret: neq; aditum ad eam haberet/dolens q i tã grauẽ ſortem incidiſſet: ne diutius doleret: ad extremum noctu clam añ fores puelle ſuſpẽdio ſe liberauit. Cui cum funus pro dignitate fortune per publicum maxima frequentia duceret:& patiẽtiſſime ex ſuperiori parte domus pſpiceret:ob nimiam crudelitatem/animiq; duritiam in veſtigio ſui a Uenere ſaxo durata eſt:ita vt apud Salaminios ſpẽs eius proſpicientis Ueneris nomen acceperit. Dehinc Uertumnus rediens in ſuam ſpeciem Pomona potitus eſt.

☞ Uiderat a veteris. Iphis Cyprius Anaxaretes puelle amore captus/cum nullis precibus ea poſſet potiri/vitam finire decreuit. Ad ianuam igitur amate cum ſe ſuſpendiſſet/maximo merore matrem affecit. Cum vero funus efferretur/ Anaxarete feneſtram accedens/ vt inde exequias ſpreti iuuenis ſpectaret/in ſaxum fuit commutata. ¶ Ueteris Teucri. de Teucro Telamonis filio intelligimus: qui propter mortem Aiacis a patre domo pulſus Salamina in Cypro condidit. ¶ Miſerum amorem. eam enim a qua non amabatur/amabat. ¶ Sollicita voce. pluſq̃ diligẽti oratione. ¶ Perpẽſum fauorẽ. impenſum et magnũ/ac diligẽ-

Fibre. Pomaria. Satyri. Panes. Silenus. Uertũnus in varias figuras. Uertũnalia. Legiiur et potentior. Meſſor. Frondator. Celebs. Palmites. Lapithe. Tede.



Primus habet:letaq; tenet tua munera dextra:
Sed neq; iam fetus deſyderat arbore demptos:
Nec quas hortus alit cum ſuccis mitibus herbas:
Nec quicquam niſi te:miſerere ardentis:& ipſum/
Quod petit ore meo/preſentem crede precari:
Ultoreſq; deos/& pectora dura peroſam
Idaliam/memoremq; time Rhamnuſidis iram.
Quoq; magis caueas(& enim mihi multa vetuſtas
Scire dedit)referam tota notiſſima Cypro
Facta:quibus flecti facile/& miteſcere poſſis.

¶ Anaxarete in ſaxum.
Iphis amans laqueo rupit ſua guttura:cuius
Duritie facta eſt marmor Anaxarete.

¶ Uiderat a veteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de ſtirpe creatus:
Uiderat:& totis perceperat oſſibus ignes:
Luctatuſq; diu/poſtq̃ ratione furorem
Uincere non potuit:ſupplex ad limina venit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem/
Ne ſibi dura foret/per ſpes orauit alumne.
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petijt perpenſum voce fauorem.
Sepe ferenda dedit blandis ſua verba tabellis.
Interdum madidas lachrymarum rore coronas
Poſtibus intendit:poſuitq; in limine duro
Molle latus:triſtiſq; ſere conuitia fecit.
Senior illa freto ſurgente/cadentibus Auſtris/
Durior & ferro/quod Noricus excoquit ignis:
Et ſaxo/quod adhuc viuum radice tenetur.
Spernit/& irridet:factiſq; immitibus addit
Uerba ſuperba ferox:& ſpe quoq; fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis:& ante fores hec verba nouiſſima dixit.
Uincis Anaxarete:neq; erunt tibi tedia tandem
Ulla ferenda mei:letos molire triumphos:
Et Peana voca:nitidaq; incingere lauro.
Uincis enim:morior q; libens:age ferrea gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris:eritq;
Quo tibi ſim gratus:meritumq; fatebere noſtrum.
Non tamen ante tui curam exceſſiſſe memento:
Quam vitã: geminaq; ſimul mihi luce carenduz eſt.
Nec tibi fama mei ventura eſt nuntia leti.
Ipſe ego(ne dubites)adero:preſenſq; videbor:

Proci. Proac es. Deuouere. Idalia. Rhãnuſia. Ars propẽſum. Lactãtius. Aldinũ exemplar hz cadẽtibus hedis. Legitur et fatis. Raphael. Iphis anaxaretes. Alibi mihi.

Coꝛpoꝛe vt exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen o Superi moꝛtalia facta videtis:
Eſte mei memoꝛes: nihil vltra lingua pꝛecari
Suſtinet: ⁊ longo facite vt narremur in euo:
Et que dempſiſtis vite: date tempoꝛa fame.
Dixit: ⁊ ad poſtes oꝛnatos ſepe coꝛonis
Humentes oculos/⁊ pallida bꝛachia tollens:
Cum foꝛibus laquei religaret vincula ſummis:
Hec tibi ſerta placent crudelis/⁊ impia dixit:
Inſeruitqꝫ caput: ſed tum quoqꝫ verſus ad illam eſt:
Atqꝫ onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum/⁊ multa timentum.
Viſa dediſſe ſonum eſt: adapertaqꝫ ianua factum
Pꝛodidit. exclamant famuli: fruſtraqꝫ leuatum
(Nam pater occiderat) referunt ad lumina matris.
Accipit illa ſinu: complexaqꝫ frigida nati
Membꝛa ſui: poſtqꝫ miſerarum verba parentum
Edidit: ⁊ matrum miſerarum facta peregit:
Funera ducebat mediam lachꝛymoſa per vꝛbem:
Luridaqꝫ arſuro poꝛtabat membꝛa feretro.
Foꝛte vie vicina domus: qua flebilis ibat/
Pompa fuit: durcqꝫ ſonus plangoꝛis ad aures
Venit Anaxaretes: quam iam deus vltoꝛ agebat.
Mota tamen: videamus (ait) miſerabile funus:
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixqꝫ bene impoſitum lecto pꝛoſpexerat Iphin.
Diriguere oculi: calidusqꝫ in coꝛpoꝛe ſanguis
Inducto palloꝛe fugit: conataqꝫ retro
Ferre pedes/heſit: conata auertere vultus:
Hoc quoqꝫ non potuit: paulatimqꝫ occupat artus:
Quod fuit in duro iampꝛidem pectoꝛe ſaxum.
Neve ea ficta putes: domine ſub imagine ſignum
Seruat adhuc Salamis: Veneris quoqꝫ noīe tēplū
Pꝛoſpicientis habet: quoꝛum memoꝛ/o mea lentos
Pone (pꝛecoꝛ) faſtus: ⁊ amanti iungere nymphe.
Sic tibi nec vernum naſcentia frigus adurat
Poma: nec excutiant rapidi floꝛentia venti.
Hec vbi nequicquam foꝛmas deus aptus in omnes
Edidit: in iuuenem rediit: ⁊ anilia demit
Inſtrumenta ſibi: taliſqꝫ apparuit illi/
Qualis vbi oppoſitas nitidiſſima ſolis imago
Euicit nubes: nullaqꝫ obſtante reluxit:

Vimqꝫ

ter animaduerſum Ea autem omnia deſcri⸗
bit Ouidius/ quibus amatoꝛes vtuntur: vt
puellis amatis potiri poſſint. ¶ Intendit: al
ligauit. ¶ Poſuitqꝫ in limine duro Molle
latus: antitheton eſt. Durum namqꝫ oppo⸗
nitur molli. Iphin autem ſepenumero in li⸗
mine ianue Anaxaretes iacuiſſe ait. ¶ Con⸗
uitia fecit. maledixit. ¶ Sere que ianuam
clauſam tenebat. ¶ Seuioꝛ illa freto ſurgen
te. quod in tempeſtatem excitatur. ¶ Caden
tibus Auſtris. flare deſinentibus. Tunc em̄
Noꝛici. ſeuiſſimi ſunt. ¶ Noꝛicus ignis. Noꝛici po⸗
ri populi ſunt Alpini ferro abundantes. Qd
adhuc viuum radice tenetur. hoc eſt quod
nondum e terra eſt effoſſum. Saxa enim nō⸗
dum a ſua radice auulſa/⁊ viua dicuntur: et
duriora ſunt. ¶ Spernit ⁊ irridet. Anaxare⸗
te Iphis humilitatem contemnens illius
querelas irridet. ¶ Factis immitibus: aſpe
ris/crudelibus. Illum namqꝫ a ianua foꝛtaſ
ſe depulit. ¶ Et ſpe quoqꝫ fraudat amantez
Pean. quod crudele admodum videtur. ¶ Frau⸗
dat. pꝛiuat. ¶ Et Peana voca: hoc eſt voci⸗
bus letitie vtere/qualibus voti cōpotes gau
dia ſua expꝛimere ſolent: vt alibi Ouidius.
Dicite io Pean/io Pean dicite pean. Pean
vero hymnus quoqꝫ eſt in Apollinem/ qui
a triumphantibus canebatur. ¶ Incingere:
coꝛonare inquit viridi lauro: id quod trium⸗
phantes ſolent. ¶ Ferrea. dura atqꝫ crude⸗
lis. ¶ Certe aliqd mei cogeris laudare: qꝫmi
hi ipſe moꝛtem conſciui: vt tibi rem gratam
facerem. ¶ Curam tui. amoꝛem/quo te pꝛo⸗
ſequoꝛ. ¶ Exceſſiſſe: a me ſubauditur. Ge⸗
mina luce: et vita mea/et te que mihi alte⸗
ra lux es. ¶ Crudelia lumina: crudeles ocu⸗
los. ¶ Humentes: lachꝛymantes. ¶ Hec ti⸗
bi ſerta placent. huiuſmodi inquit coꝛone ti
bi ſunt grate: vt laqueo collum inſeraz. Hec
autem cum maxima Anaxaretes inuidia di
cuntur. ¶ Inſeruitqꝫ caput laqueo ſubintel
ligatur. ¶ Eliſa fauce: compꝛeſſa ceruice.
¶ Icta: percuſſa. ¶ Famuli: Anaxaretes.
¶ Fruſtraqꝫ leuatum: alleuatum. Iam enim
moꝛtuus erat. ¶ Nam pater Iphidis ſubau
diatur. eſt autem parentheſis. ¶ Funera du
cebat. ducendas ac celebꝛandas exequias
curabat. ¶ Lurida: nigra/ qualia ſunt moꝛ⸗
tuoꝛum membꝛa. ¶ Poꝛtabat: poꝛtanda cu⸗
rabat. ¶ Arſuro feretro: capulo comburen⸗
do. Feretrum enim vna cum cadauere com⸗
Legif ⁊ Coꝛpoꝛe. burebatur. ¶ Quam iam Deus vltoꝛ age⸗
bat. quam iam Nemeſis ſuperbie vltrix per⸗
ſequebatur. ¶ Tectum: cubiculum. ¶ Iniit:
intrauit. ¶ Vixqꝫ bene impoſitum lecto. oꝛ⸗
do eſt. Vixqꝫ bene Anaxarete pꝛoſpexerat
Iphin lecto ⁊ pheretro impoſitum/ cū illius
oculi diriguere. ¶ Diriguere oculi: cum ſub
audienduz/vt intelligatur/cum oculi rigidi
ſunt facti. ¶ Heſit. affixa eſt. ¶ Saxum ſaxi
durities q̄ paulo ante in pectoꝛe illius erat.
Salamis. ¶ Salamis que ⁊ ſalamin dicitur inſula eſt
cum vꝛbe eiuſdem nominis/⁊ vꝛbs in Cypꝛo
a Teucro Telamonis filio edificata.
¶ Veneris pꝛoſpicientis. Venus pꝛoſpi⸗
ciens dicta videtur: qꝫ virginum ſuperbiam
Venus pꝛoſpiciens. amatoꝛes contemnentium pꝛoſpiceret/atqꝫ
pꝛouideret. O mea nymphe. blāda ē hec/ et
familiaris appellatiō. Nymphe autē cū ſitvo
cādi caſus ſine diphthōgo ſcribaẗ. ¶ Lentos
faſtꝰ. diuturnā ſuperbia. ¶ Sic tibi. optātis
eſt aduerbium hoc loco illud ſic.

In iuuenē



¶ In iuuenē. in iuuenilem figurā. Qualis vbi oppoſitas: quā pulcher eſſet Vertūnus anili habitu depoſi⸗
to apta ſimilitudine oſtendit poeta. Inqꝫ figura capta Dei nympha eſt: ſic quidem legitur: ſed nanqꝫ loco il
lius inqꝫ vt reponatur ſenſus expoſcit. Exponit enim poeta cur vi opus nō fuerit. Nā Pomona foꝛma Ver
Vertūnus. tūni capta facile ei moꝛem geſſit. Hanc vero emēdationem noſtram inepti quidā Scalfoꝛnie repꝛehendūt
vt verſum perturbātē: ſic enim aiūt Syllaba bꝛeuis natura pduceretur: quaſi vero hoc ⁊ ipſi nō viderimus:
ac nō illud ſecuti ſumus: qđ non ſolum a grammaticis: ſed a Fabio quoqꝫ Quintiliano pꝛecipitur s literam

Vimqꝫ parat: ſed vi non eſt opus: inqꝫ figura
Capta dei nympha eſt: et mutua vulnera ſenſit.
¶ Pꝛoximꝰ auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitoꝛqꝫ ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit: feſtiſqꝫ Palilibus vꝛbis
Menia conduntur. Tatius/patreſqꝫ Sabini
Bella gerunt: arciſqꝫ via Tarpeia recluſa
Dignam animam pena congeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus tacitoꝛum moꝛe lupoꝛum
Oꝛe pꝛemunt voces: et coꝛpoꝛa victa ſopoꝛe
Inuadunt: poꝛtaſqꝫ petunt: quas obiice firmo
Clauſerat Iliades: vnam tamen ipſa recluſit:
Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus poꝛte cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit: niſi qꝫ reſcindere nunquam

¶ Aque frigide in calidas.
Si fit in auxilium Romani calda triumphi
frigida aqua: hoc maius ſpectat ad imperium.

Diis licet acta deum. Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſonie gelido roꝛantia fonte.
Has rogat auxilium: nec nymphe iuſta petentem
Suſtinuere deam: venaſqꝫ/et flumina fontis
Elicuere ſui: nondum tamen inuia Iani
Oꝛa patentis erant: nec iter pꝛecluſerat vnda.
Lurida ſupponunt fecundo ſulfura fonti:
Incenduntqꝫ cauas fumante bitumine venas.
Viribus his/aliiſqꝫ vapoꝛ penetrauit ad ima
Fontis/et Alpino modo que certare rigoꝛi
Audebatis aque: non ceditis ignibus ipſis.
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes:
Poꝛtaqꝫ nequicquam rigidis pꝛomiſſa Sabinis/
Fonte fuit pꝛeſtructa nouo: dum Martius arma
Indueret miles: que poſtquam Romulus vltro
Obtulit: et ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Coꝛpoꝛibus/ſtrata eſtqꝫ ſuis: generiqꝫ cruoꝛem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis.
Pace tamen ſiſti bellum: nec in vltima ferro
Decertare placet: Tatiumqꝫ accedere regno.
Occiderat Tatius: populiſqꝫ equata duobus

ſepenumero in metro excludi. Quo quidem
modo nulla vis carmini affertur. Sz de hoc
quoqꝫ alibi plura. Et mutua vulnera ſenſit.
nā et ipſa Vertumni amoꝛe cepit ardere.
¶ Fabule. xviii. decimiquarti libꝛi argumētū.
¶ Pꝛoximus Auſonias ⁊c. Poſt Amulii ac
Lactātius. Numitoꝛū Albanoꝛū regū interitū Romulꝰ
vꝛbis a ſe cōdite cepit imperium. Qui cū ad⸗
uerſus Titū Tatiū pꝛo raptu virginum dimi
caret: hoſtis appꝛopinquauit patrie: quod
vt Venꝰ pꝛeſenſit: poꝛtis obſeratis vna pa⸗
tefacta eſt Tarpeia virgine pꝛodente patriā.
Venꝰ pꝛo filii incolumitate a nymphis q̄ pꝛo
xime Iano erant/geminū petiit auxiliū. Da⸗
ta ergo venia ſecundum poꝛtā quam Sabini
irrupturi erāt: recluſo fōte ſcaturiētes aque
que antea latuerāt humo ſparſe pꝛeſſius ho
ſtem auerterunt: victoꝛiaqꝫ Romulus rebus
vꝛbis cōpoſitis iura reddēs populo: ſicut pe
tierat mater: raptus in celum eſt: ita vt Quiri
nus nouo nomine vocaretur.
Raphael. ☞ Pꝛoximus Auſonias. ad hiſtoꝛiā regum
albanoꝛū intermiſſa narratione mutationū
Vertumni redit poeta. Nā palatini Amuliꝰ
et Numitoꝛ filii fuerunt: qui cum ea cōditio⸗
ne a patre regnū Albanoꝛum accepiſſent: vt
alternis annis regnarēt: Amulius ſemel oc⸗
cupatū imperiū fratri reddere nunqꝫ animū
inducere potuit: ſed Romulꝰ et Remus ex fi
lia Numitoꝛis a matre cōpꝛeſſa nati/⁊ amu⸗
liū interfecerūt/⁊ regnū auo reſtituerūt. Ipſi
vero vꝛbē Romā edificarūt/ vbi cū Romulꝰ
oīa cōpoſuiſſet: iāqꝫ ſenioꝛ eſſet effectꝰ/ Mar
tis pꝛecibus in deoꝛū numerū fuit trāſlatus.
Iniuſti. Amuli. fratrē enim cōtra ius ⁊ fas re
gno fraudauit. Feſtis Palilibꝰ. Palilia feſta
Palilia. erāt/que in honoꝛē Palis paſtoꝛū Dee cele⸗
bꝛabanẗ: quibꝰ Roma a Romulo ⁊ Remo cō
dita fuiſſe diciẗ: qui dies a pꝛiſcis Romanis
maxie celebꝛabātur. Tatius patreſqꝫ Sabini
Bella gerunt: pꝛopter raptum Sabinarum
Nota eſt autē hiſtoꝛia. Arciſqꝫ via Tarpeia
recluſa. Oꝛdo eſt ⁊ ſenſus. Et Tapeia virgo
exuit atqꝫ depoſuit animā pena dignam ar⸗
mis ⁊ ſcutis in eā cōgeſtis poſt recluſam ⁊ ap
tā arcis viā. Notioꝛ eſt autē hec hiſtoꝛia qꝫ vt
Tarpeius. hoc loco ſit pluribus repetēda. Tarpeius an
tē mōs eſt/qui poſtea Capitolinus fuit dictꝰ.
Tarpeia. In bello autē Sabino Tarpeia Tarpeii/qui
Cures. arci pꝛeſidebat/ filia Sabinoꝛū oꝛnamētis/
Iliades. que in ſiniſtris geſtabāt capta/ hoſtibꝰ pꝛo⸗
didit arcē: qui cum pacti eſſent ſe daturos id
qđ in ſiniſtris geſtabāt: in eam ſcuta coniece
rūt/quo ⁊ fidē datam ſeruarent: ⁊ pꝛoditricē
vlciſcerētur. Sati Curibus Sabini. Nam cu
Aque frigide in calidas. res Sabinoꝛum vꝛbs eſt. Oꝛe pꝛemūt voces:
ſilent. Et coꝛpoꝛa victa ſopoꝛe: Romanos
ſomno oppꝛeſſos. Iliades: Romulus Ilie filiꝰ
Iano loca iūcta tenebāt. templo Iani. Deſcri
bit autem poeta mutationem aquarum frigi
darum in calidas. Nam in ipſo pꝛelio cū fu⸗
gerent Romani pꝛecibus Romuli aque cali
de ſcaturire ceperunt/quibus Sabini pꝛohi
Iani templum. biti ſunt vlterius Romanos perſequi. Poe⸗
ta vero pꝛecibus Veneris id factū fuiſſe ait.
Iani patētis. apti. Nā Iani tēplū aptū ſigni

ficabat vrbē bello implicitā eē: clauſum vero pace gaudere. Lurida ſul. qđ luridū colorē/ et pallidū efficiunt. Fumāte bitumine. ardente. Bitumē vero genꝰ eſt picis faciliime ignes cōtrahētis. Cer. alpin. cōtēdere cum Alpiū frigore/ qđ eſt vehemētiſſimū. Eſt aūt cōſtructio Greca: certo nāq; tecū non tibi latine dicimus. Rigidis Sabinis. ſeueris. Preſtructa. obſtructa: obturata. Martius miles. Romanꝰ. a Marte nāq; per Romulū originē ducūt Romani. Strata eſt. cooperta fuit. Generiq; cruorem. Romani enim Sabinorum filias vxores acceperunt. Pace tamē ſiſti bellū. internētu Sabinarum bellū illud fuiſſe ſublatum notius eſt/ ꝙ vt ſit exponendū. Tatiumq; accedere regno. nā inter reliquas pacis conditiones hoc etiam placuit/ vt Tatius vna cū Romulo equa poteſtate/ paribuſq; honoribus regnaret. Occiderat Tatius. de morte Tatij/ q̄ annis quinq; cum Romulo imperauit/ ⁊ Titus Liuius/ et Dionyſius Halycarnaſeus copioſe ſcribūt: Lauinij fuit interfectus a ꝓximis legatorꝫ: qui ad res repetēdas miſſi non ſolum ſua a Tatio non impetrarant/ ſed a Sabinis quibuſdā inuito Romulo cōtra ius ⁊ fas perempti fuerant. Equata. equalia facta. Tempus adeſt ſoluere. figura eſt greca. Nam ſoluendi in ſoluta oratione diceref. Fundamine magno. firmo fundamēto. Res Romana. imperium Romanū. Et preſide pendet ab vno. et vnius preſidis/ ⁊ regis nutu regitur/ atq; gubernaf. Dignoq; ne. Romulo. Imponere celo in numerū deorum referre. Naꝫ memoro. in memoria habeo. Alias memorare ſignificat narrare. eſt autē parēthesis. ordo nanq; eſt. Tu mihi quondā: et olim dixiſti concilio deorū preſente. vnus erit Romulus: quē tu o Mars tolles: ⁊ extolles in ſydera celi. Et nu. a. c. hoc ex hiſtoria ſumptū eſt. Nā Romulus (vt narrat Tit. Liuius) cū ad exercitum recēſendū concionem in campo ad Capree paludem haberet: ſubito coorta tempeſtas cū magno fragore tonitribuſq; tā denſo regē cooperuit nimbo: vt cōſpectū eius concioni abſtulerit: nec deinde in terris Romulus fuit viſus. creditus eſt antē a patribus propter morum aſperitatē fuiſſe diſcerptus: ſꝫ plebi perſuaſerūt ipſum in ſydera fuiſſe tranſlatum. Promiſ. ra. rapiēdi Romuli e terris in celuꝫ. Senſit. cognouit. Uerb. flagelli quo equi verberanf. Ne. pal. nemoribꝰ obſiti. palatiū autem vnus eſt ex collibus romanis imperatorum ſede clariſſimus: qđ nunc vulgus palatium maius vocat. Non re. iu. regi non cōuenientia. de litibus enim priuatorum indicabat. Suo Quiriti. ſuis Romanis. Intabeſcere. liqueſcere/ atq; conſumi. Et puluinaribus altis. ſedibus/ atq; altaribus excelſis. Puluinaria nanq; lecti dicuntur/ qui in deorum templis ſternebantur.

Bitumen.

Certare.

Soceri.

Romulus.

Memorare.

Palatium

Puluinaria.

Trabearuꝫ tria genera.

¶ Trabeati. trabea induti. nam ⁊ Romulus dum viueret trabea veſte vtebatur. Trabearum autem genera ſunt tria: vt ſcribit Suetonius in libro de genere veſtium. vnum qđ dijs ſacratur/ qđ totum eſt purpureum. Alterum eſt regum: qđ quidem eſt purpureum/ ſed albo infectum. Tertium eſt augurale de purpura et croco mixtum.

¶ Fabule decimenone libri decimiquarti Argumētum.

Lactātius.

¶ Flebat vt amiſſum coniunx: cum regia Iuno Irin ad Herſiliam deſcēdere ⁊c. Herſilia coniunx Romuli cum fleret amiſſum coniugem: a Iunone ei poſt datam immortalitatem Ora Quirini nuncupata eſt: quorum templa a populo Romano in colle Quirinali conſtituta ſunt.

Legitur et Quirino.

Raphael.

☞ ¶ Limite curuo. arcum dicit: per quem Iris decurrere dicitur. Herſilie autem Romuli vxoris Metamorphoſin exponit poeta: nam

Romule iura dabas: poſita cum caſſide Mauors
Talibus affatur Diuumq;/ hominumq; parentem:
Tempus adeſt genitor (q̄m fundamine magno
Res Romana valet: et preſide pendet ab vno)
Premia iam promiſſa mihi/ dignoq; nepoti
Soluere: et ablatum terris imponere celo.
Tu mihi concilio quondam preſente Deorum:
(Nā memoro/ memoriq; animo pia verba notaui)
Unus erit: quem tu tolles in ſydera celi:
Dixiſt. irata ſit verborum ſumma tuorum.

¶ Romulus in deum.
Romule Mars genuit: te Romule ad ethera Mauors
Extulit: et dictus templa Quirinus habes.

Annuit omnipotens: et nubibus aera cecis
Occuluit: tonitruq;/ et fulgure terruit orbem.
Que ſibi promiſſe ſenſit data ſigna rapine:
Innixuſq; haſte preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus: et ictu
Uerberis increpuit: pronumq; per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle Palati:
Reddentemq; ſuo non regia iura Quiriti
Abſtulit Iliaden: corpus mortale per auras
Dilapſum tenues: vt lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere celo.
Pulchra ſubit facies/ et puluinaribus altis
Dignior eſt: ꝙ ſit trabeati forma Quirini.

¶ Herſilia in deam.
Colle Quirinali dum crinis abiſſet in auras:
Nunc Ora que/ excepit Romulus Herſiliam.

¶ Flebat vt amiſſum coniunx: cum regia Iuno
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat: et vacue ſua ſic mandata referre.
O et de Latio/ o et de gente Sabina
Precipuum matrona decus/ digniſſima tanti
Ante fuiſſe viri coniux: nunc eſſe Quirini:
Siſte tuos fletus: et ſi tibi cura videndi
Coniugis eſt: duce me lucum pete/ colle Quirino
Qui viret: et templum Romani regis obumbrat.
Paret: et in terram pictos delapſa per arcus/
Herſiliam iuſſis compellat vocibus Iris.

Illa



ta: nam ⁊ ipſa in deam nomine Oram fuit conuerſa. Nunc eſſe Quiri. qui in deoꝝ numerum tranſlatus eſt. Siſte tuos fletus. hoc eſt tuis fletibus finē impone. Pete lucū. vade ad lucum: Colle Quirino. qui a Quirino Quirinalis fuit cognominatus. Romani regis. Romuli qui poſt mortem Quirinus fuit appellatꝰ. Per arcus pictos. per arcus varijs coloribus diſtinctos. Et liquet. conſtat. Offer. oſtende. Ora. faciem. figuraꝫ. Celum accepiſſe videbor. felix mihi eſſe videbor. Cum virgi. Thaumantea. cum Iride Thaumātis filia. Romule. colles. Quirinalē collem. Ceſſit. receſſit. In auras. in aerem. Notis. amicis. Romane conditor vrbis. Romulus. Et priſcum pariter. nam corpꝰ ex mortali effectum eſt immortale/ et pro Herſilia Ora fuit cognominata. ¶ Que nūc dea iuncta Quirino eſt. nam Ora in templo Romuli colebatur.

Collis qrinalis.

Illa verecundo vix tollens lumina vultu:
O dea (nāq; mihi/ nec que ſis dicere promptum eſt:
Et liquet eſſe Deam) duc o duc: inquit/ ⁊ offer
Coniugis ora mihi: quem ſi modo poſſe videre
Fata ſemel dederint: celum accepiſſe videbor.
Nec mora. Romuleos cum virgine Thaumantea
Ingreditur colles: ibi ſydus ab ethere lapſum
Decidit in terras: a cuius lumine flagrans
Herſilie crinis cum ſydere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romane conditor vrbis
Excipit: ⁊ priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat: Orāq; vocat: q̄ nūc dea iūcta Quirino eſt.

¶ Fabule prime. xv. libri Argumentum.

Lactātius.

¶ Queritur interea ⁊c. Mycilus Alemonis filius ꝓcreatus Argis cū quieti ſe dediſſet: Hercules viſus eſt q̄ eū moneret: vt patriaꝫ relinqueret: ⁊ ſm Eſarē amnē ꝯſideret. Qui cū facere extimeſceret: qꝛ lex vetaret deſerere patriā: ⁊ in aliā ciuitatē tranſire. Rurſus admonitꝰ eſt. Metuens itaq; penates ſuos deſtituit: ideoq; in iudicium publicū eſt deuocatus: ⁊ cū partē pro ſe ⁊ populi partē aduerſus ſe haberet: iudicaturis calculi albi/ ac nigri dati ſunt: vt atri dānarēt: cādidi abſoluerēt. Micylꝰ ita ꝑtimēs piculū capitis/ Herculē inuocauit: vt laborāti ſibi/ qꝛ eiꝰ iuſſis obtēperaſſet/ ferret auxiliū: cuiꝰ p̄ces nō incaſſum abierūt. Nā cū calculi more patrie in vrna effuſi deducti eſſent: oēs apparuerūt in colorē album ꝯuerſi. Quāobrē ille metu liberatus ꝑ Ioniū pelagus nauigans cū in Italiam veniſſet: et Eſarem amnē attigiſſet: ſicut preceptum erat/ vrbem cōſtituit/ eamq; a proximo tumulo cui Tares Neptuni filius ſubiectus erat/ Tarentum nominauit.

¶ Raphaelis Regij in quintūdecimū Metamorphoſeos Ouidij librū enarrationes.

Raphael.

Queritur interea. Quo cōmodiꝰ ⁊ librū libro/ ⁊ Metamorphoſim Metamorphoſi cōiūgat poeta/ eoꝝ ſequif opinionem/ q̄ ſentiunt Numā Pompiliū in magnam Greciā iuiſſe: vt Pythagoricis dogmatis inſtrueretur. Quā quidem opinionē Liuius cōpluribus refellit argumētis: ſed hoc potiſſimū/ ꝙ Pythagoras tꝑe Nume nō fuit. Tāte molis: tāti imperij ꝑ trāſlationē. Tāto regi: quātꝰ fuit Romulus. Clarū Numā: nobilē/ ſua iuſtitia/ atq; integritate notū. Numa em̄ Pōpilius Curibꝰ in Sabinis ortꝰ vir inclyta iuſtitia ⁊ religione/ cōſultiſſimuſq;: vt in illa q̄ſq; etate eſſe poterat: oīs diuini atq; hūani iuris: viſus ē ſenatui pploq; Romano dignus: q̄ Romulo in regno ſuccederet. Ritꝰ. mores. Reqrit: inquirit: ſcrutaf. Huiꝰ amor cure: cupiditas ꝑdiſcēde rerū Nature. Curibuſq;. Cures (vt Strabo narrat) opulentiſſima fuit Sabinoꝝ vrbs: ex qua euocati ſunt. T. Tatius ⁊ Numa Pōpilius reges: vñ Romani Quirites fuere cognominati. Sic eniꝫ ab ijs appellanf: qui cōciones ad populum habēt. Penetraret: cuꝫ difficultate iret. Per varios nāq; populos illum trāſire oportuit. Herculei hoſpitis. Crotonis. Nam Croton redeuntem ex Hiſpania Herculem cum Geryonis armētis hoſpitio ſuſcepit: a quo etiā didicit futuruꝫ tempus: quo illic ciuitas inſignis nomine illius conderetur: quod ⁊ verum fuit. Nam Micylus quidem Alemonis filius in ſomnis ab Hercule eſt admonitꝰ: vt patria relicta (Argolicus nanq; erat) ſeſe conferret ad Eſaris fluuij oſtia: ibiq; vrbem edificaret. Is cum ſarcinulas colligere cepiſſet: reus eſt factus: quod contra leges cōmigrare vellet. Mors em̄ illi propoſita erat: qui patriam deſerere tentaſſet. Cum vero ferenda ſententia foret: ⁊ aut ſuffragijs nigris condemnandus/ aut albis abſoluēdus: ſibi timens Herculem/ cui paruerat/ rogauit: vt ſibi auxilio eſſet. Statimq; calculi omnes ex nigris facti ſunt albi. Quare abſolutus Micylus in loco ſibi ab Hercule monſtrato vrbem edificauit: quam de nomine Crotonis ibi ſepulti Crotonem appellauit.

Numa Pōpilius.

Cures.

Quirites.

Croton.

Micylus.

Lapilli nigri in candidos.

¶ P. Ouidij Naſonis Metamorpho. Liber. xv.



Queritur interea/ q̄s tāte pōdera molis
Suſtineat: tātoq; queat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio claruꝫ ꝓnuntia veri
Fama Numam: non ille ſatis cognoſſe Sabine
Gentis habet ritus. animo maiora capaci
Concipit: ⁊ que ſit rerum natura requirit.
Huius amor cure/ patria: Curibuſq; relictis

¶ Crotonis conditor.
Condidit Herculeo iuſſu tecta alta Crotonis
Hoſpitis vt ſtaret nomen/ Alemonides.

Hiberi.a
¶ Non inſcius eui veteris. priſcarũ hiſtoriarum peritus. Joue natus. Hercules. Bobus Hiberis. Hiſpanis/Geryone interfecto abactis. Hiberia nanqꝫ eſt Hiſpania ab Hibero fluuio cognominata. ¶ Littora:
Laciniuz.
Lacinia. Lacinium promontorium eſt Italie inter Adriaticum mare ꝛ Jonium a Lacinio latrone quẽ Hercules interfecit dictum: in eo templum fuit Junonis Lacinie: vnde Uergilius. Atollit ſe diua Lacinia contra. Longum laborem. longi itineris defatigationem. Acceptiſſimus: gratiſſimus. Hunc ſuperincumbens anaſtrophe eſt. Illa nanqꝫ prepoſitio ſuper: que preponi deberet: poſtponitur. Preſſum grauitate ſoporis hoc eſt graui ſomno oppreſſum. Clauiger:
Eſar.
Hercules. Eſaris diuerſi: remoti: longe poſiti. Eſt enim fluui9 Calabrie iuxta Crotonẽ labẽs. ¶ J pete: ad petẽdũ ꝛ querẽdũ vade. ¶ Recentia viſa: noua inſomnia. Pugnat: diſſidet. ¶ Denſiſſima: obſcuriſſima. ¶ Caput ſydereum: ſyderibus ornatum. ¶ Uiſus adeſſe. hec particula cum eſt ſubaudienda. ¶ Idem Deus: Hercules. ¶ Patrium penetrale: paternum domicilium.
Agere reũ Peragere reum.
¶ Agitur reus: accuſatur. Peragere autem reum damnare eſt. ¶ Spretarum legum: cõtemptarum. ¶ Sine teſte: ipſe nanqꝫ confeſſus eſt ſe commigrare decreuiſſe. ¶ Fecere celum: aperuere: acquiſiuere. Nam tu mihi criminis auctor: nam tu mihi perſuaſiſti: vt commigrarem.
Ferre ſententiam.
¶ Lata eſt ſenten. triſtis: ab effectu. Condemnatus nanqꝫ fuerat Micylus. Proprie autem ſentẽtia a iudicibus ferri dicitur: quamuis in exemplaribus fere Data corrupte legatur. ¶ Candida ſententia: ad calculos alludit.
Tarentuz.
¶ Lacedemonium Tarentum: a Lacedemonijs conditum. Nam Tarentum vrbs eſt Calabrie: que ꝛ Taras a grecis appellatur: a Tara Neptuni filio edificata: a Parthenijs vero Lacedemoniorum duce Phalanto amplificata: vt ꝛ Juſtinus ꝛ Plutarchus copioſe ſcribunt. Et ſybarim.
Sybaris.
Sybaris vrbs eſt/ꝛ fluuius Calabrie. Urbs autem poſtea Thurion fuit cognominata: que a Crotoniatis fuit capta. ¶ Salentinũqꝫ Neethum.
Neethus.
Nerethum quidem legitur: ſ3 corrupte: vt ex ſtrabone collegimus: qui ait Neethum Salentinorum eſſe fluuium a nauium Enee conflagratione dictum.
Salẽtini.
Quare hic quoqꝫ Neethum legamus. Salentini autem populi ſunt a Salentina vrbe dicti.
Thurij. Thuria.
¶ Thurinoſqꝫ ſinus. Thurij vrbs eſt Calabrie: que et Thuria/et Thurion dicta eſt a Thuria fonte. Hec prius Sybaris: nouiſſime copie fuerunt appellate: vnde Thurin9 declinatur.
Temeſe.
¶ Temeſenqꝫ. Temeſe vrbs eſt Calabrie.
Japygia.
¶ Et iapygis arua. iapygia vrbs eſt calabrie ab Japyge heroe dicta. ¶ Fatalia ora: oſtia fatis ꝛ iuſſu Herculis queſita. ¶ Tumulum: ſepulchrum. ¶ Juſſa terra: ab Hercule. ¶ Et nomem tumulati traxit in vrbem: nam Croton a crotone heroe fuit dicta:
Croton. Crotoniate.
vnde Crotoniate declinantur. Eſt et alia vrbs eodem nomine Thuſcie olim Metropolis.

¶ Fabule ſecunde. xv. libri
Argumentum.

Lactanti9.
¶ Talia cõſtabat ꝛc. Pythagoras Samius tyrannidem fugiens cu3 patriam reliquiſſet Italiam venit: ꝛ que didicerat de rerum natura: mundiqꝫ ad modum ſeculi aurei docet ad vſus terre neceſſarios cuncta prebẽte ſeculo nephas eſſe animalibus veſci: quod eſſent cõſanguinee anime mortaliũ in proximo tẽpore: ꝛ quod corporibus corpora trãſfunderentur. Poſtea paulatim conceſſum eſt: vt maleficijs fere dolis intercepte occiderẽtur: ꝛ mãſuetarũ fetus ſues: quod fruges ſatas erueret. Item capri quod vitẽ matura3 percepere aſſueuiſſent/ne fructus creſceret.

Primordia

Fecit: vt Herculei pene traret ad hoſpitis vrbem.
Grata quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Menia querenti: ſic e ſenioribus vnus
Rettulit indigenis/veteris non inſcius eui.
Diues ab Oceano bobus Joue natus Hiberis
Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur: ꝛ armento teneras errante per herbas
Ipſe domũ magni/nec inhoſpita tecta Crotonis
Intraſſe: ꝛ requie longum releuaſſe laborem.
Atqꝫ ita diſcedens euo dixiſſe nepotum
Hic locus vrbis erit: promiſſaqꝫ vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Micylus: illius dijs acceptiſſimus eui.
Hunc ſuperincumbens preſſum grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur. lapidoſas Eſaris vndas
J pete diuerſi: patrias age deſere ſedes.
Et niſi paruerit/multa/ac metuenda minatur.
Poſtea diſcedunt pariter ſomnuſqꝫ/deuſqꝫ.
Surgit Alemonides: tacitaqꝫ recentia mente
Uiſa refert: pugnatqꝫ diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet. prohibent diſcedere leges:
Penaqꝫ mors poſita eſt patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol:
Et caput extulerat denſiſſima ſydereum nox.
Uiſus adeſſe idem Deus eſt: eademqꝫ monere:
Et niſi paruerit: plura/ꝛ grauiora minari.
Pertimuit: patriumqꝫ ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas: fit murmur in vrbe:
Spretarumqꝫ agitur legum reus: vtqꝫ peracta eſt
Cauſa prior: crimenqꝫ patet ſine teſte probatum:
Squallidus ad ſuperos tendẽs reus ora/manuſqꝫ.
O cuius celum bis ſex fecere labores:
Fer precor (inquit) opẽ: nã tu mihi criminis auctor

¶ Lapilli nigri in candidos.

Mycile cum nigris dãnauerit vrna lapillis:
Cur viuis? fecit clauiger hos niueos.

Mos erat antiquis: niueis/ atriſqꝫ lapillis:
His damnare reos: illis abſoluere culpa.
Tunc quoqꝫ ſic lata eſt ſententia triſtis: ꝛ omnis

Calculus



Primordia. principia. Poſite vrbis. Crotonis. Uir fuit hic ortu Samius. periphraſis eſt Pythagore: nã Pythagoras Sami9 fuit: qui odio tyrãnorũ patriã relinquẽs Crotonẽ venit: vbi philoſophiã pfiteri cepit: vnde etiã philoſophi Italici fuerũt cognominati. Pythagoras autẽ primus omniũ μετεμψυχωσιν: hoc eſt animarũ de corporib9 in corpora trãſitũ innexit: eoqꝫ vetuit ne carnib9 homines veſcerẽtur: quo faciliori victui aſſueſcerẽt: ſemperqꝫ cibos parabiles haberẽt. Hic eñ ꝛ ſanitatẽ corpori ꝛ ingenio acumen acquiri aiebat. Multas aũt Metamorphoſeis ex Pythagoricis dogmatis poeta deſcri. Hic pro illic. Crotonis quo ſe cõtulit Numa Põpilius: vt Pythagoram audiret. Ortu origine. Et dominos. tyrãnos. Mẽte: mẽtis cõtemplatione. Deos adijt: celeſtia ac diuina ſcrutatus eſt. Oculis pectoris: ingenio. Hauſit: pcepit/intellexit. Uigili cura: diligẽti ſtudio. Dabat. proponebat. Cetũqꝫ ſilentũ. alludit ad morẽ Pythagoreorũ: quib9 ad certũ vſqꝫ tẽpus (vt Gellius ſcrib.) p eſtimato captu ſolertie ſilentiũ iniũgebat. Dictaqꝫ mirãtũ. verba Pythagore ob ſummã grauitatẽ admirantũ. Tãta nãqꝫ fuiſſe auctoritate Pythagoras tradit/vt diſcipuli ẽtſi nullã dictorũ rationẽ aſſignaſſet/maxima3 adhiberẽt fidẽ: rogatiqꝫ alicui9 dicti rõnẽ rñderẽt αυτος εφη: hoc eſt ipſe dixit: Pythagorã innuẽtes: exiſtimarẽtqꝫ ſe dei vocẽ audire. Pythagoras quidẽ fuit appellatus/quod nõ minus quam Pythius vera loqueret. Magni primordia mũdi. de quib9 varie ſunt Philoſophorũ opiniones: vt in pmo dixim9. Et rerũ cauſas. in quib9 inueniẽdis maxime philoſophi laborãt. Et quid natura: ſit verbũ ſubaudiatur. Natura autẽ ab ariſtotele diffinit eẽ pricipiũ motus ꝛ quietis. Hec aũt omnia a phyſicis tractãtur. Quid deus. quenã ſit dei diffinitio. Deũ autẽ ſcribit Plato eẽ ſummũ bonũ: omniũqꝫ bonorũ auctorẽ. Unde niues. qua ex cã niues generẽtur. Ut aũt ſcribũt phyſici ex pluuia frigore cõdenſata niues generant. Que fulminis eſſet origo: ex colliſione nubiũ fulmẽ exprimi putat. Jupiter an vẽti: quod cauſa tonitr9 foret. Alij nãqꝫ tonitr9 eſſe aiũt aeris vehemẽtẽ ſtrepitum. Alij aũt eruptionẽ ventorũ effracta nube cũ maximo impetu coeuntiũ. Quid quateret terras. quid faceret terremotus. Uẽti aũt in ſubterraneis cauernis recluſi/neqꝫ exitum habẽtes in cauſa terremotuũ eſſe dicunt. Qua ſydera lege mearẽt. alia nãqꝫ ſyderũ cum mũdo/alia cõtra mundum meare dñr. Et quodcũqꝫ latet. oia inquit hominibus alioquin incognita docebat pythagoras. Arguit: reprehẽdit/ſed arcuit p c. recti9 legeret: hoc eſt vetuit. Parcite mortales. grauiſſima Pythagore oratio/quã hoibus diſſuadet ne carnib9 veſcant. Hec aũt de Empedocle/qui Pythagore dogmata carminib9 cõplexus eſt/ſumpta eſſe vident: id quod facile ex ijs/que de Pythagora ſcribit Gel. pcipi põt. Tñ vero ab vſu carniũ Pythagoras abhorruiſſe a Diogene ſcribitur/vt are Delij Apollinis genitoris/quẽ ſolum colebat/frumenta/hordeum/ac placẽtas ſine vllo igne impoſuerit: nec vlla vnqꝫ iecinora/vt in Deliorum rep. Ariſt. teſtatur. Parcite temerare: nolite violare. Deducentia: inclinãtia. Tumide: ſucci plene. Lacteus humor. periphraſis eſt lactis. Molliri: mollia fieri/et coqui. Thymi: herba eſt apib9 gratiſſima thym9. Prodiga tellus que oia copioſe effundit. Suggerit: ſubminiſtrat. Et pecudes. oues. Armenta. boues. Ingeniũ: natura. Heu quantum ſcelus eſt. a turpi diſſuadet pythagoras hominibus/ne carnibus veſcantur. In viſcera: in ventrem/et inteſtina. Uiſcera: carnes. Animantem: hominẽ. Ritus Cyclopu3: qui carnibus humanis crudiſqꝫ veſcebantur. Diſſuadet autem ab inho

Raphael.
Pythagoras Sami9
Pythagore ſermo.
Pythagore dogma.
Natura.
Deus.
Uñ niues.
Uñ fulmen
Unde tonitrus.
Temerare.
Thymus.

Calculus immitem demittitur ater in vrnam:
Que ſimul effudit numerandos verſa lapillos:
Omnibus e nigro color eſt mutatus in album:
Candidaqꝫ Herculeo ſententia numine facta
Soluit Alemonidem. grates agit ille parenti
Amphitryoniade: ventiſqꝫ fauentibus equor
Nauigat Jonium: Lacedemoniumqꝫ Tarentum
Preterit/et Sybarim/Salentinumqꝫ Neethum:
Thurinoſqꝫ ſinus: Temeſenqꝫ/et Japygis arua:
Uixqꝫ perreratis que ſpectant littora terris:
Inuenit Eſarei fatalia fluminis ora:
Nec procul hinc tumulũ/ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus: iuſſaqꝫ ibi menia terra
Condidit: et nomen tumulati traxit in vrbem.
¶ Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci: poſiteq3 Italis in finibus vrbis.

¶ Pythagoras.

Me Numa rex adijt: docui penes Eſaris vndas:
Exul eram: exilij cauſa tyrannis erat.

Uir fuit hic ortu Samius/ſed fugerat vna
Et Samon/et dominos: odioq3 tyrannidis exul
Sponte erat: iſq3 licet celi regione remotus/
Mente Deos adijt/et que natura negabat
Uiſibus humanis/oculis ea pectoris hauſit.
Cumq3 animo/et vigili perſpexerat omnia cura:
In medium diſcenda dabat: cetumq3 ſilentum/
Dictaq3 mirantum magni primordia mundi/
Et rerum cauſas/et quid Natura docebat.
Quid Deus: vnde niues: que fulminis eſſet origo:
Jupiter/an venti diſcuſſa nube tonarent:
Quid quateret terras: qua ſydera lege mearent:
Et quodcunq3 latet. Primuſq3 animalia menſis
Arguit imponi: primus quoq3 talibus ora
Docta quidem ſoluit: ſed non et credita verbis.

¶ Pythagore dogma.

¶ Non ceſa humanas maculent animalia menſas:
Nam ſcelus eſt paſci viſcera viſceribus.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: ſunt fruges: ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo: tumideq3 in vitibus vue.